



**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

Philippi Ecclesiae Eystettensis XXIX. Episcopi, De Eivsdem Ecclesiae Divis
Tvtelaribvs S. Richardo. S. Wilibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga.
Commentariivs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

PHILIPPI
ECCLESIAE
EYSTETTENSIS
~~XXIX~~ EPISCOPI, DE
EIVSDEM ECCLESIAE
DIVIS TUTELA-

RIBVS

S. RICHARDO.

S. WILIBALDO.

S. WVNIBALDO.

S. WALPYRGA.

COMMENTARIVS.

IN

IN S. WILLIBALDVM
PRIMVM EYSTADIANVM PON-
TIFICEM, EYSTADII TVMVLA-
TVM ET VSQVE RELIGIOSE
ibidem cultum.



EYSTADIVM licet ossa tegat modò Prasulis, acta
Sancta tamen cælo non potuèretégi.
Huius facta sonant qua sol oritur q̄, cadit q̄,
Qua q̄ micant alto lucida signa polo.
Primus enim ignotum Christi patefecit ouile,
Partibus è nostris dogmata falsa fugans.
Hanc primus sanctis ornavit legibus urbem,
Et sibi commissas pavit & fluxit oues. *1a*
Hic se se imperij magno subduxit honori
Sponte suâ, & cunctas respuit orbis opes.
O factum egregium, quo se super athera vexit
Prasul, & in terris Nomen habere dedit.

INDEX



INDEX CAPITVM HV-
IVS COMMENTARI.

Praefatio generalis de Sanctorum cultu.

Praefatio specialis in S. Villibaldi vitam.

CAP. I. *De sancta eius genealogia.*

II. *De bonis moribus sancti Richardi in Regno, ac de or-
tu B. Villibaldi.*

III. *De infirmitate pueruli, & eius cura per virtutem
S. Crucis.*

IV. *De dura dieta pueri in alimentis, & quomodo paren-
tes eum in monasterium tradiderunt.*

V. *De ingenio, & profectu eius in discendo.*

VI. *De exercitio eius quotidiano, & proposito sua pere-
grinationis.*

VII. *Qualiter B. Villibaldus cum fratre suo & sorore S. Ri-
chardum patrem suum, ad peregrè proficiscendum
induxit.*

VIII. *De consensu regis ad peregrinandum cum filiis, ac lu-
ctu & difficultate familia ipsum dimittentis.*

IX. *De navigatione ipsorum, & tempestate per orationes
sedata.*

X. *De peruentione ipsorum in Luccam ciuitatem Ita-
lia, in qua mortuus est sanctus Richardus pater eo-
rum.*

XI. *De sepultura S. Richardi Regis, iuxta S. Frigidia-
num.*

XII. *De miraculo sancti Richardi Regis post eius obitum
ostenso.*

INDEX CAPITVM.

- XIII. De profectiōe fratrum Romam, & de peregrinatione S. Villibaldi ad terram sanctam.
- XIV. Quomodo B. Bonifacius S. Vvunebaldum Romae inuentum secum abduxit.
- XV. Quod S. Bonifacius B. Vvunebaldo septem Ecclesias commisit in Thuringia.
- XVI. De passagio S. Villibaldi ultra mare.
- XVII. De orbatōe visus sui ad tempus.
- XVIII. De restitutiōe visus per virtutem S. Crucis.
- XIX. De reditu eius per mare, & mirabilibus, quae vidit, & fecit.
- XX. De mansiōe B. Villibaldi in Casino monte, & vitae sanctitate per quinque annos.
- XXI. De transitu eius cum quodam presbytero ad Papam, & reditu ad S. Bonifacium.
- XXII. De leta congratulatione S. Bonifacij in aduentu B. Villibaldi, & quod eum in Episcopum consecrauit.
- XXIII. De accessu B. Villibaldi ad locum suae Cathedrae, & congregatione regularium Clericorum ibidem.
- XXIV. Quod omnibus omnia factus placuit vniuersis, & de operibus misericordiae.
- XXV. De S. Vvunebaldo Abbate, & de fundatiōe Monasterij in Heidenheim.
- XXVI. De incremento bono Claustrij in Heidenheim.
- XXVII. De obitu S. Vvunebaldi Abbatis.
- XXVIII. De initio miraculorum post transitum sancti viri.
- XXIX. Quod S. Vvulpurga praefuit Monachis & monialibus in Heidenheim.

XXX.

INDEX CAPITVM.

- XXX. De splendore corusco fulgoris super S. VValpurgam, & sorores eius cœlitus misso.
- XXXI. De obitu S. VValpurgæ Virginis.
- XXXII. De translatione B. VValpurgis in Eystett, & fundatione Monasterij ibidem.
- XXXIII. De sanitate, quam in se miraculosè expertus est Dn. Philippus Episcopus Eystettensis.
- XXXIV. De oleo, quod per annum steterat, rursus manante.
- XXXV. Ratio de oleo stillante, de quorundam Sanctorum membris.
- XXXVI. De vniformitate spiritus B. Villibaldi cum Domino post transitum fratris sui & sororis.
- XXXVII. De obitu S. Villibaldi, quem præsciuit.
- XXXVIII. De canonizatione S. Villibaldi, & de eius translatione quadrifaria.





PHILIPPI
EPISCOPI EY-
STETTENSIS

PRÆFATIO GE-
NERALIS DE SANCTO-
RVM CVLTV AC VENE-
RATIONE.



ONDIGNVM planè apud uni-
uersos sacrosanctæ matris Eccle-
sia filios, ac fidei domesticos fore
perhibetur, vt quos Deus præ-
uenit in benedictionibus, concedens eis præ-
gustationem dulcedinis gratiæ, quæ est electo-
rum in via; ac satians eosdem fructu iustitiæ,
secundum diuitias beatitudinis & gloriæ, quæ
est Sanctorum in patria; nos qui sumus de
coetu fidelium, pijsimo cordis affectu, tales &
tantos, tales, inquam, merito, & tantos præ-
mio

psal. 20.

sanctorum me-
moriam colen-
da.

mio amplectamur, & magni conatus diligentia, veneratione, laude digna glorianter prosequamur. Hos n. Dominus amavit & ornavit, ac in laborib. suis honestavit, inueniens eos dignos se, cui⁹ dignationis gratia dilecti Deo & hominibus iure soli & poli meruerūt, ut ab vniuersitate militantis Ecclesie dignè venerentur. Horum namq; nomina scripta sunt in caelis libro vitæ perenniter annotata. Unde relinquitur, quòd ipsorum pia commemorationis reminiscencia frequenter interris, & tãta inscriptionis virtute arctius cordibus nostris commendata, indelebiter nullius obliuionis interuentione obfuscetur. Item quorum presentia apud angelicam dignitatem est in honore, decet ut eorum memoria apud homines in benedictionibus habeatur, iuxta illud præclari doctoris Ambrosij verbum: Dignè in memoriam vertuntur hominum, qui ad gaudia transierunt Angelorum. Et rursum: Sanctorum festiua solennitas concentibus Angelorum, & applausu mutuae sodalitatis omnium Sanctorum continua in superna Hierusalem hymnizatur.

Sap. 10.
 Sap. 3.

Dictum S. Ambrosij.

tur. Ex quo conuenienti consequentia colligitur, ut eorū temporalis celebritas apud nos, ut possibile est, iugiter peragatur; & quod minus est, saltem annua deuotione per nulum modum negligatur.

Et quia singulorum Sanctorum merita sub speciali titulo laudis omnibus hominibus non innotuerunt, consultum censetur, ut saltem communi praconio gloria non fraudentur, sed sub numero Martyrum, Confessorum, vel Virginum deuotè inuocentur, & ex eorum deuotione dignè honorètur: vel si non singularius specialiusue agnita sint eorū merita, & meritorum pramia, saltem generali celebritati omnium Sanctorum laudabiliter inferantur.

Quomodo nomine ignotos Sanctos honorare liceat.

Quid sit gloria.

Quid honor.

Charitatiuè pensandū est, Fratres charissimi, quā gratiosi fuerint in uita, quorum mors in conspectu Domini legitur pretiosa. Item cum gloria sit clara cum laude notitia, dignum duximus, ut Deo noti, & hominibus ex operatione uirtutum notificati, dignè ac laudabiliter glorificandi sint.

Præterea si honor est exhibitio reuerentiæ in

in testimonium virtutis, multo honore praeferendi sunt, qui in hac vita mutabili inuicta virtute permanserunt. Hi namque sunt, qui in hac valle tenebrarum degentes, luciformi exemplo bonae cōversationis, & efficax documento sanctae praedicationis, huic mundo salubriter illuxerunt; & aedificantes pariter & fructificantes in populo Dei; & pro tempore sui incolatus militantem Ecclesiam instaurarunt, & sua gloriosa assumptione super caelestem curiam, id est, triumphantem Ecclesiam laetificantes introierunt in potētias Domini, nunc potentiores ad impetrandum ea, quae sunt virtutis, atque aeternae salutis, ita ut in dubiis certificati, in aduersis confortati, in prosperis laetificati, patrocinio intercessionis eorundem iugiter gloriemur.

Hi namque sunt, qui secundum admonitionem Apostoli, sobrie, iuste & piè in hoc seculo perdurarunt, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi. Nam hi temperatissimam moralitatem in seipsis custodiebantur; iustissimam legalitatem, quo ad alios regebantur;

Tit. 2.
Qualis Sacerdotum vita.

B

pissi.

piissima Theologica virtute in Deum, ut permisit humana fragilitas, iugiter ferebantur.

Hebr. 11.

Item aduertendum est, Fratres dilectissimi, quam reuerentiali studio honorandi sunt, qui Ecclesiastici gregis quondam ductores, doctores & pastores fuerunt: nunc autem intercessores, & in futurum eosdem expectamus iudices. Et hi omnes testimonio fidei probati, memoria iustorum, que eterna est, non immerito dignificantur, inuenti in Christo IESU Domino nostro, cui est honor & imperium in secula seculorum. Amen.

INCIPIT PRÆFATIO EIVSDEM PHILIPPI IN VITAM SANCTI WILLIBALDI EPISCOPI & Confessoris.

*S. Willibaldus
ab omnibus
colendus.*

I*X his que charitati vestra, Fratres charissimi, de communi veneratione Sanctorum prælibauimus, liquidò clarere potest, quomodo B. Willibaldus Aureatensis Ecclesie Præsul eximius, in S. Pontificum numero laudabili, & merito ineffabili refulgens, à cunctarum linguis nationum, quibus tatum sancti-*

sanctitatis eius nomen insonuit, dignè glorificandus existat. Verùm à nobis, qui pane eius vescimur, ac de grege posteritatis tam egregij pastoris supputamur, puriori laude, & reuerentiali magis honore decet ut sublimetur: præsertim cum gleba sanctissimi sui corporis pretiosa nobis commanens in Ecclesie gremio supradicta, quæ sibi inchoatiuè & consummatiue appropriatur, reuerenter * sarcophagata confoueat^r. ^{Præcipuè ab Eystettensibus.} ^{* sepulcra.}

Sed quia dulci modulatione, nec minus ordinabiliter nomen præferenda sanctitatis præfati Præsulis hoc in loco inuocatur, verbo nihilominus sanctæ prædicationis competenter annunciat^r, à turbis etiam populorum pia sedulitate frequentatur: restat ut ea, quæ de ipso sparsim & diffusè in diuersis codicibus scripta reperiuntur, emendatiori stilo sollicitius in unum opusculum aggregentur. Igitur ob honorem Domini nostri IESU Christi & laudem, ac tanti Pontificis commendationem, ac nostræ salutis promotionem præfato operi, Deo fauente, & vita comite, operam libenti animo impendemus. Inuocato ergo

nomine IESU Christi, qui Christus finis & consummatio sermonum legitur, virtus, sapientia, & verbum Patris predicatur, humiliter petimus, ut qui cœpit in nobis opus bonum, secundum piæ voluntatis propositum, effectuosè perficiat, & ad sua laudis incrementum IESUS Christus, qui est salus & vita, honor & gloria, decus & corona Sanctorum omnium.



INCIPIT VITA BEATI VVILLIBALDI AVREATENSIS SIVE EYSTETTENSIS ECCLESIE EPISCOPI, ET PRIMO DE SANCTA eius genealogia.

CAPVT PRIMVM.

Digitur B. VVillibald^o, gloriosus Pontifex Aureatensis Ecclesiæ, quæ modò Eystettēsis vulgato magis nomine nūcupatur, primus ac summus Antistes fuisse certa ratione deprehenditur: cuius mirificæ sanctitati opera

opera virtutum, quibus in vita floruit, nec non prodigia miraculorum, quibus eum Dominus in vita, morte, & post mortem decoravit, luce clarius attestantur. Superuenit nihilominus Apostolica Summi Pontificis, videlicet, Leonis VII. autoritas, quæ non friuola facilitate, sed immobili veritate, hoc est solida ratione, vel diuina reuelatione mouetur, & præfatum sanctum Præsulē, similem in gloria Sanctorum fore declarans, titulo sacræ Canonizationis ipsum laudabiliter extulit, ac Catalogo Sanctorum nomen eius sanctissimum venerabiliter inseruit.

Miracula testantur sanctitatem D. VVillibaldi.

Refertur VVillibaldus in numerū Sanctorum à Leone VII. Papa.

Hic Præsul venerandus tanquam sidus nouæ claritatis ac miræ pulchritudinis, obducto tenebris ignorantie mundo, radio puriori feliciter infulsit, & tanquam stella matutina, eò ceteris clarior, quò viciniore soli, adeo gratiosè & spiritualiter *cōstitutus est suis præire, vt & nos in fulgore sui luminis, q̄ radio veritatis, iustitiæ ac sanctitatis enituit, in splendoribus Sanctorū tam magnificū ductorem æmulantes, sine offensa in via

fort. specialiter.

mandatorum, vel in semita consiliorum Dei, quod præstantius est, quæ ducit ad patriam claritatis æternæ, fiducialiter ambulemus.

Eadem fermè inuenies apud Canisium Tomo 4. Antiq. Lect. in sanctæ VValpurgis vita. Genus S. VVillibaldi.

Richardus pater S. VVillibaldi.

Iam ordo scribendi exoptulat, vt de sancti Confessoris Christi VVillibaldi beata progenie, ac ortu nobili perpauca profundamenti initio eorû, quæ consequenter enarranda sunt, differamus. Iuxta quod aduertendum est, quod sæpe memoratus ac semper memorandus Præsul Christi, ex illustri profapia, imo stirpe regia exortus est. Diuina namq; ordinante prouidentia, sanctû Richardum, quondam regem Anglorum, nunc verò confortem Angelorum, patrem in cura, genitorem in natura sortitus est. Nimirum enim decebat, vt homo tantæ sanctitatis à sancto in lucem huius mundi prodiret: & decoratus Princeps infulis à coronato rege gigneretur: & quemadmodum ille sceptro regali suis præerat; sic iste baculo pastorali salubriter principaretur.

Beatum quoque VVunebaldum strenuæ

nuæ virtutis virum, necnon Abbatem sanctitate præcipuum, fratrem germanitate vterinum, atq; B. VValpurgam sanctimonialem Virginem ab infantia Deo consecratam, sororem germanam habuisse legitur. Item B. Bonifacius sanctæ Moguntinæ sedis Archiepiscopus, qui florentem palmam victoriæ cum corona martyrij, Deo propitiante, obtinuit, eius auunculus fuisse non dubitatur. Item B. Deodatus Martyr & Pontifex Christi insignis eiusdem patroni nostri cognatus inuenitur. Beatus etiam VVillibrordus Confessor Dei & Pontifex pretiosus, ac sanctus Sola, sanctitate mirabilis de eius parentela satis è vicino computantur.

B. VVunebaldus frater sancti VVillibaldi.
S. VValpurga soror eiusdem.
S. Bonifacius auunculus.
S. VVillibaldi.
S. Deodatus cognatus, ut & S. VVillibrordus, & Sola Abbas.

O quam pulchra est hæc casta generatio cum claritate. Hæc est generatio querentium Dominum, querentium faciem Dei Iacob. Hæc est generatio de qua scriptum est; quoniam generatio rectorum benedicetur. Isti namque sunt viri misericordie, quorum iustitia obliuionem non acceperunt, cum semine eorum permanent bona, hereditas sanctæ nepotes eorum. Laudemus igitur viros gloriosos,

Sap. 4.

Psal. 23.

Psal. 111.

Indam. VII. 8.
Eccles. 4. 4.
 riosos, patres & parentes nostros in genera-
 tione sua: Nam hi sunt qui genuerunt nos
 verbo veritatis in Christo I E S V Domino
 nostro.

Ornamenta.
stirpis VVilli-
baldinae.

In linea propaginis huius sacrae genea-
 logia, si luculenter aduertamus, inueniun-
 tur vernantes rosae martyrum, candentia
 lilia Virginum, humiliter dependentes vio-
 lae Confessorum. Hi sunt flores paradisi in
 domo Domini plantati, in caritate radica-
 ti, coelesti rore perfusi, Spiritus sancti viui-
 catione vegetati, super quos sanctificatio
 Christi effloruit, vt in atrijs domus Dei no-
 stri floreat in aeternum. Hi sunt flores, qui
 ad cooperimentum fructus sui & proiicien-
 da salubri vmbra fronduerunt, quorum fo-
 lium non defluxit; sed fructum sanctitatis
 dederunt in tempore suo, & tanquam bo-
 nus odor Christi in omni loco aromatizan-
 tes, redolentiam mire fragrantie vbiq; spar-
 serunt. In horum flore suauitatis odore de-
 lectati & delectatione inuitati currimus, si
 memoratorum Sanctorum vitam imita-
 ri ex dilatati cordis amore concupiscimus.

Acce-

Accedente ad nos sole iustitie, hoc verno in tempore, non solum apparuerunt flores in terra nostra, sed etiam vox turturis audita est; hoc est, castissimæ VValpurgæ Virginis, *B. VValpurga similis turturi.* quæ prece dulcissimæ supplicationis interpellet pro nobis ad Dominum. Et non incongruenter vocem turturis precem beatæ VValpurgæ Virginis interpretati sumus. Nam turtur est avis soliuola, fidelis & casta: sic moralizando vt prosequamur, B. VValpurga in solitudine contemplationis excessiue fuit soliuola; in dispensatione fidelis; ac prudentissima in omni sua conuersatione, castissima ac pudicissima. In his egressionibus delectabiliter depasti cum pastore & sponso, qui pascitur inter lilia; deinceps ad ouilia primitiuæ intentionis reuertamur.

Sed antequam ad mores & vitam beati VVillibaldi patroni nostri descendamus, *quomodo Richardus fuerit Rex Anglia.* cuidam antiquæ, hoc est, tacitæ quæstioni respondendum est. Solent namque pluri-
mi intra se hæsitare, & hæsitando huiusmodi quæstionem proponere, quomodo beatus Richardus, qui natione Teutonicus ex-
stitit,

C

stitit,

Offo seu Offa

Rex Angliæ.

Virtutes eius.

stitit, ad gubernacula Anglicani regni peruenit. Ad euidenciam declarationis horum aduertendum est; quòd olim regno præfato Angliæ præfuisse narratur Rex quidam nomine Offo, vir magnæ strenuitatis, prudentiæ, ac bonæ gubernationis, summæ pietatis & iustitiæ, cultor Dei, & amator pacis, pater orphanorum, & viduarum, peregrinorum & Ecclesiarum Christi defensor, nutritor pauperum, & per omnia suæ terræ protector. Pro his piis operibus, sicut pater ab omnibus diligebatur. Hicque sine filiis & filiabus, hoc est, sine solatio posteritatis, viam vniuersæ carnis ingressus est. Quod licet sine culpa, non tamen sine causa euenisse credimus. Sciebat namque Dominus, quem sibi in successorem prædestinasset.

Vide obserua-

tiones.

Quomodo Rex

charitas suam

Rex Angliæ

Quo defuncto totius Angliæ maiores natu, & optimates conuenerunt, vt defunctum regem, virum tantæ probitatis lamentarentur, & de futuro sibi Rege prospiciendo consiliarentur: & sic referuntur potiores in eis, & vniuersitas populi exclamasse. Licet

cet

et Dominus noster non habeat prolem,
tamen non eligamus Regem, nisi de ipsius
alma progenie; qui ipsius hæres in morum
probitate verisimiliter videatur. Et multos
recensentes tandem ad B. Richardum du-
cem Sueuiæ, qui supra dicti Regis filius so-
roris fuerat, venientes, ipsum cōmuni voto
in Regem elegerunt.

Sciendum etiam, quod B. Richardus
de nobiliori genere Saxonum per primiti-
uos patres suos originem traxit: quod ea de
caussa apponere curauimus, vt ea, quæ de
B. VVillibaldi origine, in diuersis codicibus
scripta inueniuntur, facilius ad concor-
diam reducantur. Alicubi namque dicitur,
quod Saxonica tellus B. VVillibaldum edi-
derit: alicubi verò, quod Dux quondam
Sueuiæ eum genuerit: necnon in quibus-
dam codicibus, quod Regis Angliæ filius
extiterit. quæ omnia tria bene se compati-
untur, si sollerter ea, quæ de ipso scripta
sunt, intelligantur.

*Conciliat di-
cta & scripta
quædam de
S. VVillibaldo.*




*De bonis moribus S. Richardi in regno, ac
de ortu B. VVillibaldi.*

*Virtutes san-
cti Richardi.*

Igitur B. Richardus secūdum carnem nobili prosapia ortus, secundū mentem verò nobiliori fuit morum elegantia adornatus. Erat namque S. Richardus speciosus corpore, & mente pius, in armis strenuus, in bello victoriosus, in iudicio iustus, in consiliis discretus, pupillorum & viduarum defensor, Ecclesiarum Dei eximius amator, in suscipiendo hilarius, in dando largissimus, in corripiendo seuerus, in consolando mitissimus. Cumque his & aliis virtutum polleret insigniis, regnum Angliæ adeo strenuè rexit, ac habenas eiusdem regni tam prudenter gubernando interdum laxauit, ac quandoque continuit, vt ab omnibus hostibus vehementer timeretur; & à suis miro affectu diligeretur.

Hic igitur B. VVillibaldum futurum Præsulem adeò charissimum genuit, quem parentali affectu vnà cum consorte, dulci enutritione pertractari constituit: & tanquam





quam præsciis futurorum, vt blanda edu-
 catione confoueretur, sollicita mente cu-
 rabat. Puer ergo secundum infantialem æ-
 tatem decenti corpulentia proficiebat su-
 per omnes collactaneos dierum suorum,
 ita vt vultu desiderabilis, ac debita disposi-
 tione membrorum aspicientibus delecta-
 bilis censeretur.

*Pueritia san-
 Et Villibaldi.*

CAPVT III.

*De infirmitate pueruli, & eius cura per
 virtutem S. Crucis.*

Ic cum ætatis suæ tertium salubriter
 peregisset annum, Deo permittente,
 grauem infirmitatem incidit. Nam Deus
 suos interdum infirmari, & infirmitate tri-
 bulari permittit, vt ipsi vel alij per ipso eui-
 denter addiscant, quoniam *Domini est salus,*
 & super populum suum benedictio sua: & quòd
 non debeant homines carnem ponere bra-
 chium suum; ita vt in bona complexione,
 vel opulètia rerum spem suam ponant; sed
 in Deo, viuo & vero. Hæc autem fuit pue-
 ruli infirmitas, quod foeda quædam macies

*S. Villibaldus
 tertio ætatis
 sue anno in
 grauem mor-
 bum incidit,
 psal. 3.*

C 3 inopi-

inopinatè magnifici germinis prole, com-
plexione nobilem, ac numero dierum te-
neram inuaserat; quæ grauiorem in ipso in-
firmitatem indicabat: ad tantam enim de-
bilitatem deuenit, vt anhelitus debiti spi-
raminis vix in eo notaretur, & prolisioris
vitæ spatium eidem omnino negaretur.

*Marer paren-
tibus.*

Hæc parentes audientes, & proprio a-
spectu videre conantes, multo pauore per-
territi ac dolore anxiati, quod sobole tantæ
indolis, à Deo sibi singulari concessione do-
nata, tanquam hærede morum, & diuitia-
rum suarum, violentia infirmitatis orba-
rentur: in Deo ponentes refugium sui ac suo-
rum altissimum, accesserunt ad thronum
gratiæ, vt auxilium inuenirent in tempore
opportuno; occultiori Spiritus sancti con-
silio, præfatum puerum vexillo sanctæ Cru-
cis humiliter ac deuota mente obtulerunt;

*Offertur eger
puerulus san-
ctæ Crucis.*

*Nota hñc ve-
terum Saxo-
num morem.*

*Votum paren-
tibus.*

supplicantes Domino, vt ob reuerentiam
viuificæ Crucis, per quam salus & vita cre-
dentibus apparuit, filiolum suum pristinæ
sanitati restituat: addentes quoque & voto
firmantes, vt eum Christo ac Virgini Mariæ,
quæ

quæ genitrix est vitæ, ac mater salutis æter-
 næ, in seruum mancipare proponant, pro
 congruitate loci, & opportunitate tempo-
 ris, teste conscientia, circumscripto peni-
 tus omni dolo. O quam salubri inspiratio-
 ne parentes edocti fuerunt, cum paruulum
 suum ægrotantem signaculo salutiferæ Cru-
 cis obtulerunt; scientes Deum, *salutem hu-*
mani generis in ligno Crucis constituisse: ut
unde mors oriebatur, inde vita resurgeret:
 ac Christum oblatum & immolatum pro
 mundi vita in Cruce pependisse, ut cunctis
 in eum sperantibus salus & vita impende-
 retur. Et hoc mirabile remedium in veteri
 Testamento præfiguratum legimus. Filij
 namq; Israël cum pertransirent in deserto, *Serpens æneus.*
 morsibus serpentum lædebantur: quibus
 Moyse iussu Domini serpentem æneum *Num. 21.*
 transversaliter super palum posuit; imagi-
 nem Crucifixi pariter, & S. Crucis signum
 prætendens. Nam in serpente Christum si-
 gnificat, qui de se ait: *Ego sum vermis, &* *psal. 21.*
non homo. Sed ea significatione serpentem
 æneum, ut Christum præsignaret, posuit,
 qui

Rom. 8.

Curatur san-
ctus Villibal-
dus virtute
& Crucis.

qui venit in similitudine carnis peccati, sine peccato; sicut serpens æneus formam serpētis habet, sed veneno caret; vt excellentissimus Doctor scribit Augustinus. Ad hunc ergo serpentē in ligno suspensum filij Israël morsibus serpentum infirmati aspicientes curabantur. Et noster puer, spiritualis Israël, in fide parentum, Christum in Cruce aspiciens, omnimodæ sanitati, & illico, tam miraculosè restitutus est; ita vt nullum penitus infirmitatis vestigium in ipso puero reperiretur. Quod cū didicissent pater ac mater vnà cum suis, subitanæ curationis miraculum, ac sui voti salutarem prodisse effectum; Deo, à quo bona cuncta procedunt, laudes vberrimas offerentes, collaudabant eum in operibus suis.

CAPVT IV.

De dura diata pueri in alimentis, & quomodo parentes eum in monasterium tradiderunt.

Hic igitur puer, post conualescentiam solido cibo reficiebatur, ac in illo supra

pra quàm credi potest, decenti corpulentia crescendo proficiebat, in signum, quod esset de eorum numero futurus, qui iustitiæ essent participes, pro bona consuetudine habentes sensus exercitatos, & ad cœlestem panem frangendum Ecclesiæ, cui incorporarentur, prædestinati sunt. Parentes etiam relatione eorum, qui puerum educabant, intellexerunt, quòd puer sicco pane frequenter vesceretur, faba & pisa ac aliis leguminibus delectabiliter vteretur; sorbiciis autem, vel quibuscunque escis sorbilibus, nequaquam fruebatur: & tanquam secundus puer Daniel, cibos regio asper-

*Cibus D. VVil-
libaldi pueru-
li.*

Daniel. 1.

D dicen-

Luc. 1.

*indicia in
suo filio.

dicentes: Quis putas puer iste erit? nam & manus Domini potenter ac patenter cum illo est. Et hæc & alia huiusmodi tanquã prælagium futuræ sanctitatis * in dilectionis suæ filio admirabantur, & gaudentes in ipso aspiciebant, quæ Deus bonitate admirabilis in eo mirificè operabatur.

Quid significet
VVillibaldus.

Cum igitur puer sancti numinis, ac beati nominis VVillibaldus, quod interpretatum, *prompta voluntas* dicitur, annum ætatis suæ quintum, Deo concedente, attigisset, cœpit in eo euidenter pullulare germen naturalis industriæ; ita vt ingenio docilis, animo suasibilis, ad disciplinam boni moris, suæ tamen teneritudini congruentem ductilis inueniretur. Et sicut malitia in quibusdam supplet ætatem; sic gratia in ipso ætatem suppleuerat, ac numerum dierum suorum moribus transcendens, se futurum Christi famulum per omnia comprobaret. Parentes hæc & alia in ipso indicia aspicientes laudabilia, mente & verbo tractare cœperunt, quomodo pollicitationem, quam voce expresserant, videlicet, quòd

quòd eundem puerum diuino cultui man-
ciparēt, ocyus quemadmodum obedi-
entia sine mora requirit, explerent; recogita-
bant namque frequentius se audisse; quo-
niam scriptum est; *vouete & reddite.* quia si-
cut vouere est voluntatis & consilij; sic red-
dere est necessitatis & præcepti. Item psal-
mista loquens ad Dominum ait; *reddam
tibi vota mea, qua distinxerunt labia mea.* Psal. 65.
distinxerunt, hoc est, vota, quæ ex maturi-
tate deliberationis processerunt, reddenda
sunt.

*Parentes serio
cogitant de
voto per-
soluendo.*

Pal. 75.

Psal. 65.

Hæc S. Pater recognoscens, & quemad-
modum Abraham filium suum affectu, &
effectu Deo obtulit, quendam monachum
nomine Theodredum, monasterialis vitæ
approbatissimum, sibi accersiri præcepit,
cuius sanctitati ac fidelitati puerum com-
misit; adiiciens eidem impensas & expen-
sas, prout decebat regiam dignitatem, ac
sæpe dictum puerum cuidam Patri Abbati
sanctissimo, nomine * Egivvaldo, mona-
sterij, quod VValtheim nominatur, præ-
sentari constituit, vt eum iugo monasticæ

*Quibus Mo-
nastica vita
Magistris cõ-
missus sit.*

** Ekbaldo.*

vitæ subderet, addens illud Threnorum,
Thren. 3. *Quoniam bonum est viro, cum portauerit*
Eccles. 7. *iugum Domini ab adolescentia sua: & illud*
Hebr. 13. *Salomonis: quoniam, melius est ire ad do-*
num luctus, quàm ad domum conuiuij. Nec
 non illud verbum Apostoli: *quoniam opti-*
imum est gratia stabiliri cor. Ad hæc autem
 tria, sciebat quod homo in monasterialis
 vitæ obseruantia plenè habilitaretur.

Hilariter ex-
cipitur Villib.
ab Abbæc.
Luce 2.

Cùm igitur beatissimus puer Patri Ab-
 bati præsentaretur, ad modum iusti Simeon-
 nis accepit illum in vlnas suas, & benedixit
 Deum; ac Confraternitati suæ dixit: Fratres,
 hic puer etsi suis parentibus est natus; nobis
 filius est datus. Qui si in domo paterna re-
 mansisset, sceptrum regale debito successi-
 onis super humerum suum accepisset. Hic
 filius Regis, Regi Regum, & Domino do-
 minantium oblatus, & ad nostram sancti-
 tatem transmissus est, vt nobis in via, quæ
 ducit ad patriam hæreditatis æternæ, socia-
 liter ac regulariter coambulet. Vt quid plu-
 ra? Abbas vniuersitasq; cœnobij in Domi-
 no gaudentes, ac in tam pretioso dono ex-
 ultan-

Et à tota con-
gregatione.

ultantes, eum voto lætiori suscipiunt; & filium Regis Anglorum tanquam Dei Angelum sancta auiditate multi desiderij amplectuntur; sperātes, se procul omni dubio temporaliter ac spiritualiter per eum fore promouendos.

CAPVT V.

De ingenio & profectu eius in discendo.

Ver ergo studio litterarum applicatur, ac mirum in modum breui tempore super omnes collegas sibi condiscipulos profecit Spiritus sancti vnctione magistra: Citò namque addiscitur, quod Deo auctore docetur. Hæc Magister nouitiorum, qui rector erat in schola virtutum, & specialem curam pueri gerebat, non sine admiratione perpendens, vice & loco regulæ partium puero apponit librum psalmodiarum, dicens: disce fili, vt de cetero sacrosanctæ psalmodiæ inseruias: seruire enim Deo, regnare est. Et cum tu sis filius Regis, dic operata Regi, vt tibi cum eo æternaliter regnare concedat. At puer bona simplicitate

Magnos breui tempore progressus facit in vita & scientia spirituali.

D 3 obe-

Psalterium totum memoriter tenuit.

Psal. 118.

Delectatur tantu Ecclesiastico.

Bibliis legis vacat.

obediens, ac sancta auiditate dictum Soliloquiorum Dei librum amplectens legebat, ac ipsum frequentius perlegebat, quo ad vsque secundum morem ordinis psalterium sibi ex integro memoriter impectorasset: & ex tunc frequenter eum orasse credimus in hæc verba. Deus scientiarum Domine, qui doces hominem scientiam, *bonitatem, disciplinam, & scientiam doce me.* Bonitatem diuinorum, disciplinam morum, scientiam agendorum petebat, allegans, quàm *dulcia faucibus eius eloquia Dei super mel ori suo.* In cantibus etiam Ecclesie in tantum delectabatur, vt plenitudine exuberantis gratiæ perfusus imbre lacrimarum inundans, quàm dulciter lamentaretur.

Posthæc adolescens, sicut membrorum augebatur propagine; sic in eo creuit appetitus scientiæ ac discipline: libris enim veteris Testamenti Legalibus, nec nõ Historialibus & Sapientialibus, ac Prophetalibus infudabat, magis tamen in Sapientialibus occupabatur, vt de ipso in quibusdam scriptis inuenitur. Libro etiam noui Testamenti
his

his correspondentes, videlicet sacrosancta
 Euangelia, quæ vice Legalium librorum
 veteris Testamenti amplectimur, supra quã
 narrari potest, venerabatur. Librum etiam
 Actuũ Apostolorum omni historiae vete-
 ris Testamenti præferebat: & epistolas Pau-
 li, aliasque Canonicas epistolas beatorum
 Apostolorum, Iacobi, Petri, Ioannis, & Iude,
 fratris Simonis, Sapientialibus dictis quo-
 rumcunque veteris Testamenti etiam Sa-
 lomonis, perampliolem intelligendi ope-
 ram dedit. Apocalypsin etiam, qui tot ha-
 bet mysteria, quot verba, vt expertissimus
 doctor scribit Hieronymus, Prophetalibus
 veteris Testamenti superpendebat. Nec mi-
 rum; nam nouum Testamentum compa-
 ratur ad vetus, sicut anima ad corpus: Nam
 sicut per præsentiam animæ corpus viuifi-
 catur; sic per veritatem præsentialiter nobis
 in nouo Testamento exhibitam promif-
 siones Patrum veteris Testamenti verifica-
 te sunt. Quid enim valuisset Isaiam Prophe-
 tam in spiritu futura præsciuisse dicentem:
 Ecce Virgo concipiet & pariet filiũ; si Mat-
 thæus

*Iudiciũ VVil-
 libaldi de li-
 bris veteris &
 noui Testamē-
 ti.*

*Comparatio
 librorum ve-
 teris Testamē-
 ti & noui.*

Isaiæ 7.

Matt. 2.

theus Euāgelista presentiali exhibitione nō scripsisset: Cū natus esset Iesus in Bethle- hem Iudeꝝ. Item Aggæus Propheta dicit: Ve- niet desideratus cunctis gentibus. Et nos in nouo Testamento dicimus; Aduenisti desiderabilis; quod pluris est. Sic ergo no- uum Testamentum ad vetus vt lux ad um- bram; veritas ad figuram; vita ad id, quod per ipsam viuificatur, comparandum est. Hanc ergo vtriusq; Testamenti sapientiam, hoc est, sapientiam scientiam, quæ illuminat intellectum, & inflammat affectum, pro lucerna & luce in via mandatorum, & in se- mita consiliorum Dei habere proposuit, se- cundū illud Psalmi: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis; sci- ens scriptum; quoniam *sapientia doctrix est disciplina Dei.*

Psal. 118.

Sap. 8.

CAPVT VI.

*De exercitio eius quotidiano, & proposito
sua peregrinationis.*



Sanctus adolescens secūdam morem
Ordinis, frequēs fuit in manuali ope-
ratio-

ratione, frequentior in lectione, frequen-
tissimus in oratione; ne diabolus aliquan-
do eum inueniret otiosum: sciebat namq;
scriptum in regula: *Quoniam otiositas in-
mica est anima.* Et rursus: *Otiositas & vo-
luptas, arma sunt hostis antiqui ad miseris
animas decipiendas.* Placens ergo Deo & ho-
minibus, sub hac forma viuendi exerceba-
tur, vt sobrius esset in refectione, castus in
dormitorio, patiens in infirmitorio, fortis
in sancti laboris exercitio, humilis in capi-
tulo, deuotissimus in Oratorio. Et vt breui
concludamus clausula; talis fuit eius viuendi
modus, vt omnium sociorum in via mo-
rum esset pædagogus: & noster *Beniamin* psal. 67.
*adolescentulus in mentis excessu Deum quæ-
sitasse, vt frequenter credendus est, ac sem-
per magis ac magis animo ad superna aspi-
rabat.* Et quicquid ei casualiter vel occasio-
naliter in via proficiendi ad salutem impe-
dimentum præstare poterat, per omnem
modum aspernabatur, sciens, quod in via
Dei non progredi, regredi est; vt ait prædul-
cis Doctor Bernardus.

*Virtutes san-
cti VVillibaldi.*

*Remouet dili-
genter omnia
impedimenta
perfectionis.*

E

Et

Et animaduertens quia connaturalitas natalis patriæ, ac salutationes parentum, atque fauor amicorum, ei quam plurimum arriderent; & quod à Patre Abbate, ac cunctis fratribus mirum in modum amaretur; & ab vniuersis terræ incolis non tanquam simplex monachus, sed tanquam Regis filius in reuerentia haberetur; plus appetiit mala mundi perpeti, quàm laudes; malens pro Deo laboribus fatigari, quam vitæ huius fauoribus extolli; vt de beatissimo Benedicto legitur, cogitabat qualiter ab huiusmodi muscipula mundi subtraheretur: & vallato animi proposito, Patrem monasterij humiliter aggreditur, multa deuotione ab eo petens licentiam exulandi pro Domino; adiiciens quam salubre sit homini peregrinari pro Christo; qui in specie peregrini duobus discipulis post resurrectionem apparuit. Ex qua ostensione formam sanctę peregrinationis approbans, exemplo dictę apparitionis tandem cōsecrauit. Quod venerandus Pater Cœnobij audiens, mente consternatus filio respondit. O prædilecte fili

Fugit gloriam.

*Desiderium
peregrinandi.*

Lucæ 24.

filii mi in Domino, noli in posterum hanc petitionem auribus meis ingerere, qua non dubitas me, tuosque confratres multum in modum grauari ac turbari. S. VVillibaldus animo irrefragabili cōfortatus in Domino, à petitione proposita non destitit; sed iterum & iterum pulsans, tandem precum instantia & piæ supplicationis frequentia Patrem conuicit, ita vt postulationi suæ præberet assensum, maximè cum sciret filium in omni perfectionis ordine gratia Dei firmatum, & per amplius cuperet quamcunque difficultatem mortis subire, quam aliquo modo malè viuere.

*Responsam
datum Villi-
baldo ab Ab-
bate.*

*Annuir tandem
precibus eius.*

Quo habito, ipsi ac fratribus dulciter valedicens, viam propositæ salutis atq; virtutis incunctanter aggressus est. Cum autem huius sancti propositi immisionem à Deo habuit, simul cogitare cœpit, qualiter patrem, suum genitorem, videlicet S. Richardum Regem Anglorum in huiusmodi formulam paupertatis, quæ regula perfectionis est, inclinaret, & ad iter laboriosæ ac meritorie peregrinationis eū pertraheret; p

*S. Villibaldus
parentē suum
peregrinatio-
nis socium sibi
adsciscere
studet.*

** adicere.*

*Fratrem quo-
que VVunibal-
dum.*

*Et VValpur-
gam sororem.*

hoc eidem cupiens in numero discipulo-
rum Christi fore, & assidricem sedem iudi-
cantium cum Domino sibi in futurum
conquirere; nec non sibi ipsi augmentum
desiderati meriti cumulando addicere * si
hominem tantæ sublimitatis in viam per-
fectæ humilitatis Deo operante & ipso co-
operante induceret. Et B. VVunebaldum
fratrem germanum, ac B. VValpurgam so-
rorem similiter vterinā, qui in diuisis mo-
nasteriis sub regulari disciplina seruaban-
tur, ad se vocauit, vt ipsorū intercessione, ac
fidei cooperatione apud patrē dulcius pro-
ficeret, ac de supradictis, quæ mente tracta-
uerat, efficacius persuaderet. Et cū hi tres v-
nita intentione ad patrem peruenissent,
parentali amplexu gaudenter, vt decebat,
suscepti sunt; nec non à tota regalis curiæ
familia officiosissimè salutati, cōdigne ipsis
placere cupientes, per omnia ad
placitum eisdem obse-
quebantur.



CAPVT

CAPVT VII.

Qualiter B. Willibaldus cum fratre suo & sorore S. Richardum patrem suum ad peregrè proficiscendum induxit.



Aptantes ergo horam filij opportuna allocutionis, genitori reuerenter confederunt liberi, quem admiranda propositione hi tres ex vno ore affati sunt, scilicet B. VVillibaldi; qui, licet fuerit iunior, tamen spiritu feruentior in prosecutione huius thematis inueniebatur. Proposuit autem in hæc verba. O Pater reuerendissime, bene quidem obtulisti, sed minus bene diuifisti. Filios & filiam Christo dedisti; sed temetipsū mundo non subtraxisti: à mundo nos abstraxisti; & te mundo vehementissimè applicasti. Nos regno Angelorum, vt firmiter speramus, præsentasti; tu in regno Anglorum immobilis permāfisti. Non sic, pater dulcissime, te partiri oportuit. Nō sic te decuit limites possessionum distinguere, excellentissime Rex. Noë pater venerandus iussu Domini arcam fabricauit, &

Oratio S. VVillibaldi ad Richardum patrem.

Genes. 6. & 7.

E 3 cum

cum filiis suis eandem arcam intrauit. Et
 Christus Apostolos ad passionem præcessit.
 Helias in aspectu Elisei prior paradysum cõ-
 scendit. Et gloriosus martyr Sixtus pater &
 Papa Laurentium conantem præire in pœ-
 na passionis, tanquam obedientiæ discipu-
 lum, sancta informatione compescuit, vt
 ipsum præire tanquam patrem filius per-
 mitteret; ac ipse gloriosorem triumphum
 tanquam iuuenis feruentior expectaret.
 Christus etiam pater omnium ascendit iter
 pandens ante Apostolos, *Sicut aquila pro-
 uocans ad volandum pullos suos, & super eos
 volitans.* Sic & tu genitor venerabilis, ascē-
 dere in montem Domini prior debebas,
 hoc est, ad culmē perfectionis, vt nos exem-
 plo præcederes, tanquam pater notam fa-
 ciens filiis veritatem, quam sancta imitati-
 one filij sequerentur.

Item scire te cupimus, quoniam non
 sanctificatur otiosus operibus alienis; & tu
 si filiis tuis credis, imo si Christum Domi-
 num tuum audis, relinquant omnia, & Chri-
 stum pauperem sequaris: magna enim glo-
 ria

4. Reg. 2.

Deut. 32.

ria est sequi Dominum: nam seruire Deo regnare est. *Et quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, anime verò sua detrimentum patiatur?* Scire debes, pater amande, quia creatura huius mundi post lapsum primi parentis, *facta est in muscipulam pedibus insipientium.* & quàm pauci perambulant semitas huius seculi, quin delitiis, vel diuitiis, vel honorum excellentiis decipiantur? Delitiæ namque carnales, diuitiæ mundiales, excellentiæ temporales, vanæ & mendaces sunt, mendacium prærendentes: promittunt namque quod exsoluere non possunt, sicut patet in mundi amatoribus, qui *tenent lyram & tympanum, & gaudent ad sonitum organi, & ducunt in bonis delectabilibus huius mundi dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.*

Matth. 16.

Sap. 14.

Iob 21.

Aduertendum igitur esset, secundum doctrinam sanctissimi doctoris Gregorij, qui dulci inspiratione S. Spiritus replebatur; vnde & organum eius fuisse describitur: *Quoniam breue est, quod delectat; æternum quod cruciat.* & quod gaudium mundano-

danorum, non est aliud quàm risus freneticorum, vt B. Ioannes testatur Chryso-
 stomus, os aureum dictus, propter eloquentiæ
 venustatem. Diuitiæ etiam huius seculi in-
 certæ ac infideles reputandæ sunt, quo-
 niam suos possessores in articulo extremæ
 necessitatis derelinqentes non sequun-
 tur. Excellentiæ etiam mundi vanæ sunt &
 vmbrales, & nitorem suæ gloriæ ad futu-
 ra secula non transmittunt. Et de his pōpis,
 ac mūdi deliciis scriptū est; *Quantū glori-
 ficauit se homo, & in delitiis fuit, tantum da-
 te ei de tormēto & luctu.* Ecce talem recom-
 pensam præstolantur, qui in mundo vi-
 uunt mūdialiter. Malo enim homini in mundo
 diu viuere, nihil aliud est, quàm tormenta
 gehennæ sibi cumulare. Reuerende Pater,
 vt discipulus Domini constituaris, renun-
 ciare debes omnibus quæ possides: & vt tu
 centuplum accipias hic, secundum habi-
 tum gratiæ, & vitam æternam possideas se-
 cundum statum gloriæ, consultum est, vt
 dimittas uxorem & filios, domos & agros,
 quæ in comparatione æternorum nihili
 sunt.

Apocalyp. 18.

Matth. 19.

funt. Ea similiter, quæ de prioritate accessus nostri, ac tui ad seruitutem Dei, paternitati tuæ obiecimus, & alia si qua sint proposita, quæ tuæ præferendæ reuerentiæ obuiare videntur; non tibi intimauius adturbationē; sed ad multæ perfectionis consummationem: Sciebamus enim te virum iustum ac legalem secundum ritum viuendi etiam bonorum secularium, qui in obseruantia mandatorum Dei salubriter se continuerunt, sed cupiebamus te transitoriam dignitatis sublimitatem commutare, in stabilitam superne hæreditatis æternitatem: & non solum in his mereri, quæ sunt de necessitate salutis, sed etiam in his consummari quæ sunt de supererogatione virtutis.

CAPVT VIII.

De consensu Regis ad peregrinandum cum filiis, ac luctu & difficultate familie ipsam dimittentis.

His auditis, piissimus Pater ex plenitudine deuotionis fonte lacrimarum

F

per-

B. Richardus
relictis omnibus
peregrinari sta-
tuit cum filiis.

psal. 71.

perfunditur. Nam admirabatur, & cor eius dilatabatur ad huiuscemodi ædificationis eloquia; & nimirum inter spem æternorum, & amorem præsentium, puta honestissimæ Coniugis, ditissimi regni, & sperandæ sobolis positus, altercatione diuersæ cōsiderationis exercitabatur: præuētus tamen gratuito munere, cū *Spiritus sancti gratia* (secundum præclarum doctorem Ambrosium) *non habeat tarda molimina*, liberrimum assensum sanctæ consultationi, ac saluberrimæ persuasioni liberorum præbuit, libenter ac liberaliter promittens se renunciaturum omnibus quæ possidet, vt Christum lucri faciat, & sancta imitatione ipse pauper Christum, qui cū diues esset, pro nobis pauper factus est, humiliter sequeretur. Quod audientes liberi exultatione repleti iucundabantur, lætabundè in Domino gaudentes: qui prosperari fecit eorum desiderium, dicentes: *Quoniam tu es Deus, qui facis mirabilia magna solus.*

Igitur B. Richardus tanquam bonus pater familias domui suæ disposuit; vernaculos,

los, nec non alia mancipia familiæ suæ, secundum merita singulorum, aliquos de congruo, alios verò de condigno remunerans præmiauit; volens absque querela iter deuotionis suæ aggredi, vt nulli obnoxius quicquam teneretur; & ipse vnà cum liberis suis socios boni moris, ac suæ intentioni conformes elegit, vt cum eis in viam sæpe dictæ peregrinationis proficiscerentur; & valedicens amantissimæ consorti suæ, dilectam sibi filiam B. scilicet VValpurgam pater matri commendauit, ac surgens de folio suo, & infusus lacrymis, propter Christum deposuit coronam de capite suo; exuit purpuram, & vilem suscepit tunicam; deposuit sceptrum, & peregrinationis accepit baculum; dimisit omnia, & Christum secutus est, qui dixit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Iuxta quod sollerter notandum est, quod Christus dicit, *Crucem suam, & non, meam*: sciens Crucem suam nobis nimis onerosã. Et ideo dignatione multa nobis condescendens, nostram Crucem depu-

Famulis munera distribuit.

Matth. 16.

Luce. 9.

Quid sit crucem suam tollere.

29
 tat, quidquid profuit amore & æternæ cau-
 sa salutis nos in hac vita cruciat. Mutatur
 ordo, & pater filius, & filij parentes efficiun-
 tur. Hæc siquidem est mutatio dexteræ ex-
 celsi. Et initio æstivi temporis, vna cum li-
 beris ac societate copiosa, nec minus gratio-
 sa, * necessaria vitæ, nec non ad commoda
 itineris secum tollentes, viam pacis aggre-
 diuntur; *simul in vnum dives & pauper*. Ad
 cuius patris exitum pauperes flebant, la-
 mentabantur egentes, & cum lacry-
 mis sequebantur omnes. Fitque repente
 commotio magna, & de tanto principe fe-
 rē tota plorat Anglia. Et non incongruen-
 ter (ferē) diximus; plures in exceptione po-
 nentes, quam in regula: *stultorum enim, te-
 stimonio Salomonis, infinitus est numerus*.
 Et hi de cōfusa multitudine insensatorum,
 Domino suo illudentes, eundem deridebāt
 dicentes: deliramentum magnæ abusionis
 esse; quod vir tanti principatus consilium
 pauperum liberorum sequeretur; & spretā
 mundi gloria, quæ ei per omnia ad nutum
 præsentialiter * applaudebat, futuris pro-
 mis-

* Generosa.

Placitus in abitu
S. Richardi.

Eccles. 1.

Nonnulli consiliū
& factum S. Ri-
char di irident.

* principaliter

missionibus inhiaret; ignorantes, quoniam Deus non dereliquisse legitur sperantes in se. Nam patienter expectantes in spe, ac sustinentes Dominum non confundentur; quia scriptum est. *Spes non confundit.* Et Dominus dicit. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Videte, fratres charissimi, quid prædulcis Doctor noster B. Bernardus super hoc verbo Domini dicat: *mundus deficit; diabolus decipit; caro inficit; Christus reficit.* Hæc si insensati aduertissent, huiuscemodi stultiloquia de Domino suo ac Rege non dixissent.

Rom. 5.

Matth. 11.

Iidem breui post in tempore audierunt, quoniam B. Richardus floretet miraculis, & translatus à morte in vitam æternam gloriose introisset, in se ipsis confundebantur, & ab alijs refutabantur; & ipsi ad modum damnatorum *in subitatione insperate salutis intra se angustia spiritus gemetes, & penitentiam agentes*, exclamare cogebantur: *Nos insensati vitam illius, ac sibi commendantium collegarum aestimabamus insipientium.* Ecce quomodo computatus est, & alij sibi


Sap. 5.

Penitentia insipientium.

adhærentes inter filios Dei, & inter electos
 fors illorum est. Contra hos, & eisdem con-
 similes insensatos accusantes aduersus ele-
 ctos Dei, non immeritò pugnabit orbis ter-
 rarum, quoniam Deus armavit creaturam
 in ultionem inimicorum suorum, qui gre-
 gem sibi dilectum, & pretioso sanguine suo
 redemptum rabido ore dilacerare non ve-
 rentur.

CAPVT IX.

*De nauigatione ipsorum, & tempestate per
 orationes sedata.*

 Pretis autem omnium detrahenti-
 um oblocutionibus progreditur illa
 secura & læta in Domino societas, & ad por-
 tum maris, Deo fauente, prosperè peruenit.
 Inibi autem fixerunt tentoria, ac pro recrea-
 tione, nec non magis Sanctorum limina,
 & sanctificationum loca inuisere cupien-
 tes, per aliquot dies demorati sunt, & captã-
 tes auram transfretandi optabilem, nautis
 commiserunt, quatenus tempus nauigan-
 di competentius obseruarent. Quo, Deo
 fa-

fauente, concessio, pater cum filiis ac alia comitiua nauem conscenderunt, & dantes vela ventis per mare Anglicanum circiter usque ad dimidium sui transitus prosperè peruenerunt. Sed inimicus humani generis diabolus, qui Sanctis Dei semper aduersari cupit, & S. Richardo ac filiis eius multa præstitit impedimentorum tentamenta, mare sequere fecit, ac deinde in turbulentam & horribilem tempestatem insurgere compulit; & contrarietate ventorum in tantum iniuriosis undis procellabantur, vt nauæ & omnes, qui in naui erant, periclitari viderentur. Demittentes ergo vela, remosque proijcientes, mortem sibi è vicino imminentem cum nimio pauore præstolabantur, de sola animarum suarum salute solliciti Deum in clamabant. Quod B. Richardus videns filiis dixit: Oremus ad Dominum, vt manu suæ potentia ad honorem sui nominis omnes nos liberet ab ista importuna tempestate, quæ machinamento diaboli undis & aëri immissa est. Genuculantes ergo pater & filij, Dominum deprecabantur dicentes:

Per mare Anglicanum vela faciunt.

Oritur tempestas.

S. Richardus exhortatur suos ad preces.

Oratio Sanctarum.

Do-

Exaudiuntur,
tranquillato ma-
ri.

Psal. 91.

Domine Deus, qui das salutem Regibus,
qui redemisti Dauid seruum tuum; erue
nos in mirabilibus tuis, & da gloriam no-
mini tuo, & fac nobiscum misericordiam
tuam. Tunc pius, ac misericors Deus preces
seruorum suorum ad se clamantium exau-
diuit. *Et mirabilis in altis Dominus, mirabi-
les elationes maris cōpescuit*, ita vt in semi-
mitis maris securo transitu votiue ad portū
salutis applicarent. Vnde hinc admiratione
nauæ, & oēs qui in nauī erāt, de subita quie-
tatione maris perculsi, voce magna clama-
bant dicentes: Qui sunt hi, qui in virtute o-
rationis & autoritate Dei, mari & ventis
præcipiunt, ac eis ad beneplacitum obedi-
unt? Et ex tunc patrem & filios per ampliori
honore, tanquam electos Dei, veneraban-
tur. Et cum peruenissent ad aridam, gaudē-
tes de nauī descenderunt, & metati sunt ca-
stra, figentes tentoria, ibidem per aliqua in-
terualla temporum pausauerunt.

Et signanter considerandum est, fratres
charissimi, quod Dominus hos discipulos,
hoc est, patrem & filios suos, ab æterno præ-
desti-

destinatos, de mari vocauit; quemadmodum Petrum & Andream mittentes in mare ^{Matth. 4.} retia, & Iacobum, & Ioannem in nauicū patre reficientes retia sua, vt essent futuri piscatores hominum, sic igitur & hos elegit, vt exemplo & verbo homines piscarentur, sicut futuri pastores Ecclesiæ, vt in sequentibus euidenter apparebit.

CAPVT X.

De peruentione ipsorum in Luccam ciuitatem Italia, in qua mortuus est S. Richardus pater eorum. ^{Lucan.}

Egitur more solito, ad limina Sanctorum hinc inde inquisitorum properabant, de vita, morte, miraculis, ac virtutibus Sanctorum quæritantes, & in his mirum in modum delectantes, ac Sanctis congaudentes in omnib⁹ donis gratuitis, quib⁹ Deus magnificauit misericordiam suam cū illis, mirificans eos in omnem voluntatem suę prædestinationis. Et vt breui verbo lōga spatia percurramus, cōtinuantes iter suum, ad ciuitatem Italiæ* que Lucca vocatur, tā- ^{Lucan.}

G . dem

*S. Richardus
cum suis ubi-
que sancta lo-
ca obit & lu-
strat.*

*S. Richardus
morbo corri-
pietur.*

*Oratio S. Ri-
chardi ad fi-
lios.*

dem peruenerūt; in qua, vt prius sæpe dictū est, piis confrequentationibus Cœnobio-
rum, Ecclesiarum, ac quorumcunque lo-
corum, in quibus memoria Saluatoris Do-
mini nostri Iesu Christi, ac intemeratæ, nec
non semper Beatę Genitricis Marię, ac alio-
rum Sanctorum venerabatur, limina per-
lustrabāt, vt in omnibus Saluatorem suum
collaudantes super effectu æternæ salutis,
quem in sanctis tam longe lateq; diffudit.
Ex tunc S. Richardus vir nobilis, ac com-
plexione delicatus, propter inedia[m] ac
laborem duræ peregrinationis, graui in-
firmitate correptus est; & vocante Domi-
no ipsum de exilio ad patriam, de certami-
ne ad coronam inuitans, repente cœpit vi-
ribus corporis destitui. Conuocatisque fi-
liis suis videlicet B. VVillibaldo ac B. VVu-
nebaldo, eos sub hac forma alloquitur. Ec-
ce filij ego vos, & vos me Christo dedistis.
Iā ego viam vniuersæ carnis ingredior; me
regem vidistis; & propter Christum omnia
dimisi, & pauper esse volui. Nudus exiui de
vtero

vtero matris meæ, & nudus illuc reuertar. Huius pauperis exemplum tenete, & patris vestri benedictionem simulque hæreditatem percipite, & hoc tenore testamentum condidit. Habeant filij Regis pro regno Anglorum, Christo donante, regnum popolorum. Sit vobis pro corona & purpura, immortalitatis stola, ac felicitas æterna. Viriliter ergo agite, & confortamini in potentia virtutis Dei. *Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis; & in ea manete, Christum diligentes, qui prior dilexit vos.*

*Testamentum
S. Richardi.*

Coloff. 3.

Quanta autem patientia molestiam corporis in dicta ægitudine sustinuerit, & quanta deuotione Christo per amorem inheserit, non facile nunciari posse credimus. Sacramenta Dominici Corporis, nec non extremæ Vnctionis debita cum reuerentia suscepit, ac deuotione multa in manus Domini commendans spiritum, septimo Idus Februarij migravit ad Dñm. In quæ filij affectu

*Eucharistiam
& extremam
vntionem ac-
cipit.*

G 2

*Obitu.**Lacrymæ fi-
liorum.**Locum sepul-
turæ à Lucē-
sibus petunt.*

fectu & aspectu intendentes, iure paterni-
tatis cogebantur ex fonte pietatis vberrimè
lacrimas erorare. Et accedentes cum adiu-
mento collegarum corpus sanctissimum
religioso ritu inuoluētes contexerunt. Adi-
erunt autem dictæ ciuitatis viros discretio-
ne præditos, ac potestate præcipuos, eis nū-
ciantes; quod vir regiæ dignitatis ac miran-
dæ sanctitatis in eorum territorio obiisset,
cuius almi corporis præsentia non solū ci-
uitatis, sed etiam confinia totius prouincię
beatificarētur, addētes, quod procul omni
dubio, Deus speciali respectu gratiæ ac pie-
tatis, locum dotauerit, in quo pignus tam
pretiosæ glebæ reliquerit. Et laudi eius adii-
cientes, fideli ac veridica narratione referre
cœperunt, qualiter à Domino præuentus
gratiarum plenitudine Rex, regnum pro
Deo dimiserit, & qualia pro laude diuina
strenua virtute egerit; & quanta miracula
in mari, & in terra per ipsum precanti po-
pulo Dominus concesserit. Et sic eum am-
pliori laude, qua poterant, magnificare stu-
duerunt; licet huius commendationis ex-
tollen-

tollentia perfectionis eius culmen nequam attingeret. Considerantes autem filij, præclari Doctoris Ambrosij sententiam, eum potius post mortem quam in vita laudasse inueniuntur. Sunt autem S. Doctoris verba hæc: Duplici ex causa melius est hominum magis * memoriæ dare laudem quam vitæ; vt illo potissimum in tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudanti adulatio nocet, nec laudatum tentat elatio. Lauda ergo post periculum, prædica securum, lauda nauigantis felicitatem, sed cùm peruenerit ad portum: lauda ducis virtutem; sed cum perductus est ad triumphum.

* morti

CAPVT XI.

*De sepultura S. Richardi Regis iuxta
S. Frigidianum.*

Vpra dictæ ergo ciuitatis optimates sanctissimum funus reuerenter adierunt, ac corpus cum debita solennitate Ecclesiasticæ sepulturæ commēdarunt in Ecclesia S. Frigidiani ipsum ponentes, satis è propinquo in signū sanctitatis sanctum

G 3

sancto

Richardus,
quid latine si-
gnificet.

sancto sociarunt. Quod aspicientes flebant filij, ac sodales ipsorum, qui aderant, quod tanti patris corporali presentia orbati essent. Gaudebant verò magis, quod ad coelestem iudicem tam Deo placitum intercessorem pramississent. O B. Richarde, qui *valde di-
nes* Latina lingua interpretaris: Tu veras diuitias nunc perfecte introisti: vnde tibi gaudendum potius, quam flendum existimamus: mortem enim non suscepisti sed euasisti; subtractus es aspectibus hominum, sed oblatus es obtutibus Angelorum: sublatus es mundo; sed receptus es caelo: clausus es sepulchro, sed magnificatus es in Dei regno. O quam optabilis est illa dies sanctis, & Dei fidelibus, in qua etsi moriuntur mundo, nasci tamen feliciter incipiunt in caelo. Et ideo sacrosancta mater Ecclesia hunc diem non mortis sed *natiuitatis* appellat: quia post mortem carnis, gaudia incipiunt possidere aeternae hereditatis, Propheta attestante, q̄ ait: *Cum dederit electis suis somnũ: ecce hereditas Domini; ecce presentialiter, ecce euidenter.* Post mortem enim
Sancto.

Psal. 126.

Sanctorum quæ somnus dicitur, hæreditas
 æternæ retributionis assignatur. Hanc diem
 optabat Apostolus cum dixit; Cupio dissol-
 ui & esse cum Christo. & Psalmista: *Situit* Mors Sancto-
rum somnus.
anima mea ad Deum fontem vivum, quan-
do veniam es apparebo ante faciem Dei? Et Psal. 41.
 quia B. Richardus in hac mortali vita se ho- Rom. 12.
stiam sanctam es immaculatam rationabi-
 liter viuendo, & membra sua mortifican-
 do Deo exhibuerat, Deus manifestissimis
 signis ostedit in terris, quid mercedis, quid
 dignitatis inter sanctos Dei pro labore suo
 receperit in cœlis. Ex quibus ostensionibus
 vnum miraculum ex innumeris excerpti-
 mus, gratia breuitatis alia trãseuntes, quod
 huic opusculo decreuimus annotare.

CAPVT XII.

*De miraculo S. Richardi Regis post eius
 obitum ostenso.*

Hgitur quando corpora Sanctorum, * Aliter, Frigi-
diani, qui fuit
Episcopus Lu-
censis, cuius Na-
talis in Mar-
tyrol. Romano
 scilicet B. * Frigidiani, * Cassi, & san-
 ctæ Faustæ Virginis translata sunt, & loco
 magis honorabili consignata, corpus B. Ri-
 chardi

diei XVIII.
Martij ad-
scribitur.
Translatio
XVIII. No-
vembriis.
*f. Cassij.

Apparitio
S. Richards.

chardi ex incuria, qua non quærebant dili-
genter, in loculo suo remansit. Sed post ali-
quot dies apparuit cuidã infirmo, qui vo-
cabatur Cedeus, qui erat homo bonæ na-
tionis, toti terræ cognitus, erat enim Comes,
& dixit ad eum: Vade ad Ecclesiam S. Frig-
diani ad Priorem, & ad fratres eiusdẽ Eccle-
siæ, & dic eis ex nomine meo. Quare me di-
misistis? Quare me à fociis meis separastis?
Quos enim Deus coniunxit, homo absque
deifica ratione separare non debet. At ille
infirmus, inquit, sum, & ire non possum.
Longa namque interualla temporum su-
peruenerunt, quibus nec pedem ad ambu-
landum, nec manum ad operandum, quo-
cunque modo extendere potui: paralyti-
cus enim sum, omni virtute corporis desti-
tutus hic in lecto ex multa resolutione mē-
brorum delibor. Et tu quis sis, ignoro. At il-
le, inquit, vade confidenter, nam Christus
sua consueta benignitate, ex mea interces-
sione te in hac hora sanauit. Infirmus ex
hoc verbo non modicum letificatus, repli-
cavit dicens: Quis es Domine, vt de te sciam

ex

ex ordine narrare, quæ mihi sunt mirificè
 facta, & tibi magnifice faciendæ? Respondit
 sanctus Rex: Ego sum S. Richardus, quon-
 dam Rex Anglorum, prius dux Sueciæ, exul *1u*
 patriæ, spretor mundi, contemptor sui; qui
 regionum reliqui tributa, & Sanctorum
 quæsiui limina; simulque cum filiis meis
 peregrè profectus sum ad regiones multas;
 & post longa exilia, post multa certamina,
 in præfenti ciuitate, quæ ** Lucana al-*
 in præfenti ciuitate, quæ ** Lucca vocatur,* *ter.*
 finita est mea pugna, & ex hoc seculo ne-
 quam ereptus, ad suam gloriam assumpsit
 me Dominus. Et indicauit ei locum sepul-
 turæ suæ, processu dierum, & antiquitate
 temporum satis latitantem.

Facto ergo mane Comes supra memo- *Paralyticus*
 ratus, qui pridie infirmitate magna teneba- *curatur.*
 tur, venit sanus per omnia ad quos destina-
 tus fuerat, visionem narrans, & in porten-
 tum veritatis, se sanum & incolumem om-
 nibus ostendit, manifestans locum sepul-
 turæ certitudinaliter, secundum indicia,
 quæ B. Richardus memoriæ suæ impresse-
 rat. Ex tunc fodere cœperunt, sanctum cor-

H pus

*Transfertur
S. Richardus.*

pus quæritantes, & quæsitum inuenerunt, honorificè clausura nobili feratum, cum epitaphio exprimente personam ex nomine, opera virtutum, & gesta miraculorum continente, sanctissimum corpus collegio sanctorum supra memoratorum associantes, honorem sanctis debitum eidem suppliciter impenderunt.

CAPVT XIII.

De profectione fratrum Romam, & de peregrinatione S. Willibaldi ad terram sanctam.

Nunc consequentia lecturæ deposcit, ut patre præmisso ad regna cœlestia, stilū scribendi ad filios conuertamus, quibus, ut narratur, cordibus sacra immisione illapsum est, ut limina beatorum Petri, videlicet Principis Apostolorum, & Pauli Coapostoli Doctoris gentium inuiserent; quatenus omnis eorum actio Apostolica benedictione petita, firmiori radice roborata consisteret. Est enim Roma apex auctoritativæ potestatis, fons spiritualis sapientiæ, puteus

*Encomia Ro-
ma.*

puteus, gratiarum & indulgentiæ. Patris igitur testamentum, quod eis sub forma paupertatis & meritorij laboris condiderat, exequi cupiētes, inde profecti arduos alpium vertices petierunt, angustos itineris colles niuis & glaciæ nitore micantes, ac mortem transeuntibus minitantes, oratione vicerunt. Et vt syncopa in narratione locorum, quæ sunt in transitu, vtamur, Romam peruenierunt, & Apostolorum Petri & Pauli præfidiis se commendantes, immensas gratias viuificæ Trinitati referebant; Ouium quoque Christi pastori, quod de innumeris terræ & ponti periculis fuerunt liberati: *Vbi à Gregorio III. qui tūc Apostolicæ sedis præsidebat, benignissimè suscepti, orando & loca sanctificationum circumeundo aliquantum temporis deuotissimè exegerunt.

Romam veniunt Villib. & VVunib.

** Vide lib. 1. Observat. c. 11.*

Factum est autem, vt S. VVillibaldus, & quidam ex sociis immenso desiderio accenderentur, quatenus Hierosolymam irent, & loca in quibus Deus homo conuersatus esset, viderent. Beatus namq; VVillibal-

S. VVillibaldos proficiscitur Hierosolymam.

S. VVunibal-
dus Romæ re-
manet ppter
morbum.

2. Cor. 12.

baldus sublimioris ac rigidioris vitæ fasti-
gium scandere sedulus anhelabat; virtutes
de die in diem in se virtutibus cumulans,
cœpit iam peregrinus seculo, iterum pere-
grinari; quod & ita factum est, S. VVunc-
baldo propter infirmitatem magnam, qua
tunc detinebatur, Romæ relicto. Vtrumq;
enim fratrem, Deo permittente, infirmitas
valida inuaserat, ad meritum patientiæ, &
corroborationem spiritus, secū dum quod
dicit Apostolus, *cū infirmor, fortior sum;*
nā virtus in infirmitate perficitur. Libenter
igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut
inhabitet in me virtus Christi. Sed B. VVilli-
baldus ab hac infirmitate prior resipuerat:
& hinc fuit, quod, relicto fratre, ad alia vir-
tutum exercitia festinabat, & iter Hieroso-
lymitanum cum sancta comitiua deuotus
aggreditur.

CAPVT XIV.

*Quomodo B. Bonifacius S. VVunebaldum
Romæ inuentum secum abduxit.*

Nterea B. Bonifacius sanctæ Mogun-
tinæ sedis Archiepiscopus, Ecclesia-
stica

fticæ utilitatis cauffa, & ex legatione Pipini Regis, qui tunc temporis Alamannorum Rex extiterat, Romam aduenit. Et cùm vidiffet S. VVunebaldum, & quod nepos eius effet, & quod multa de ingenita nobilitate, ex innumera virtute, ac constantia animi eius audiuffet, quam plurimum in Domino gauifus est; & suppliciter Dominum Papam exorauit, vt eius adiutorio, imò potius imperio talem cooperatore & focium in agriculturâ Dei mereretur accipere. Cuius petitioni Gregorius Papa libenter acquiefcens, rogando præcepit S. VVunebaldo, vt focietati & contubernio S. Bonifacij adhæreret, & in omnibus eius confilio, & præcepto ad feruiendum Deo obediret.

VVunebaldus adiungitur Comes S. Bonifacio.

Hoc quoque S. Bonifacius à prædicto Papa obtinuit, vt fi quando diuina clementia S. VVillibaldum eius cōfpectui præfentaret, ad colendam vineam Domini Sabaoth in adiutorium fibi, in Alamanniam eum destinaret. Cùmq; memorabilis Pontifex Bonifacius sæpe dictus ac femper benedicendus omnia, pro quibus venerat, se-

S. Bonifacius à Pontifice etiam S. VVillibaldum petit.

cundum beneplacitum peregrisset, Apostolica benedictione firmatus in Alamāniam ad Pipinum Regem rediit, & omnia, quæ ei in via acciderant, & quomodo Apostolica autoritate S. VVunnebaldu socium & cooperatorem laboris sui accepisset, ex ordine narravit. Quod Rex libenter audiens, & venerabilis viri faciem diligēter intuens, gratias egit Deo, quod virum de semine regionatum, & seculi contemptorem, Crucisq; Dominicæ baiulatorem in regnum suum, gratia Dei fauente, meruisset suscipere, ac deinceps magis ac magis perfecta caritate eundem cœpit diligere.

CAPVT XV.

Quòd S. Bonifacius B. VVunnebaldo septem Ecclesias commisit in Thuringia.

Eractis autem omnibus, quæ tunc in Regis curia tractanda erant, sanctus Archiepiscopus valefaciens Regi, in Thuringiam transiit, & ibi S. VVunnebaldo habitū monasticæ religionis secundum

dum regulam beati Benedicti tribuit, & ad
 presbyterij gradum, omnibus qui noue-
 rant eum in laudem ipsius acclamantibus,
 promouit. Sanctus verò VVunnebaldus
 videns, quòd virtus obedientiæ in humili-
 tatis radice maxime solidatur: in spiritu hu-
 militatis in cunctis, quæ ei iniungebantur
 perfectum se seruitorem exhibuit; & sicut
 bonus filius, & perfectus discipulus vsque
 ad mortem S. Bonifacio obediuit. Videns
 autem Archiepiscopus quod B. VVunne-
 baldus in omni iustitia & sanctitate vitæ
 proficeret, septem ei Ecclesias in Thuringia,
 sicut soror eius S. VValpurgis in scriptis suis
 commemorat, regendas commisit; quas ipse
 ad tantum culmen perfectionis perdu-
 xit, vt vsque in hodiernum diem per totam
 prouinciam illam, in laude Dei, honor &
 gloria S. VVunnebaldi prædicetur: tanta
 enim in eo virtus fuit patientiæ, & compo-
 sitio eloquentiæ, tanta integritas castitatis,
 tanta q; perfectio & dulcedo caritatis, tanta
 humilitatis magnitudo, & indefessi laboris
 fortitudo, vt nunquam in aduersis frange-
 retur,

*S. VVunnebal-
 dus fit Presby-
 ter.*

*S. VVunnebal-
 dus septem Ec-
 clesias præfici-
 tur.*

*Virtutes san-
 ctæ VVunnebal-
 di.*

retur, vel in prosperis extolleretur; ita vt vnus & idem in vno spiritu Dei semper appareret, & sale omnimodæ sapientiæ conditus nulli hominum aliquando grauis existeret.

CAPVT XVI.

De passagio S. VVillibaldi ultra mare.

Vide Hodeporicon S. VVillibaldi. tom. 4. Antiq. lect. D. Canisij.



Um hæc in Alamānia circa S. VVunnealdum agerētur, B. VVillibaldus frater eius in via, qua Hierosolymam tendebat, in mari & in terra magnis ac multis periculis afficiebatur. Nam tempestatum procellas, postquam diuina fauente gratia, euasit, pericula latronū, famis & sitis, macerationis, captiuitatis & incarcerationis squaiores, & graues à paganis, per quos transitum fecit, pro nomine Iesu Christi sustinuit passiones. Sed virtute Dei de his omnibus liberatus, tandem, sicut desiderabat, Hierosolymam peruenit. Dedit autem ei Dominus tantam gratiam in conspectu paganorum, qui tunc Hierosolymam inhabitabant,

s. VVillibaldus venit Hierosolymam.

bant, vt quocunque pergere vellet, eorum
 conductu, cum pace iret, ac rediret. Mansit
 itaq; multo tempore in finibus illis; & per-
 agratis omnibus sanctificationum locis,
 videlicet * Conceptionis, in quo flos virgi-^{* Nazareth.}
 nitatis, florem deitatis, florido, id est, verna-
 li concepit in tempore; & * Natiuitatis, in^{* Bethleem.}
 quo Virgo Mater Deum & hominem no-
 bis genuit. Loca nihilominus Apparitionis,
 & Præsentationis in templo, Educationis,
 Baptismi, Passionis, Resurrectionis, in cœ-
 lum Dominicæ Ascensionis, visitans, sed &
 multa alia loca, quæ compendij gratia omi-
 simus, perspexit: Vt de ipso conuenienter
 exponatur, quod in cantico Deuterono-
 mij legitur: *Circumduxit eum, & docuit, &*^{Deut. 32.}
custodiuit, quasi pupillā oculi sui. Nam eum
 Dominus circūduxit per loca diuersa san-
 ctificationum; & docuit ex multa inspe-
 ctione considerationum, & custodiuit ab
 omni macula delictorum, quasi pupillam
 oculi sui, in claritate bonæ famæ, & sancti-
 monia celebris vitæ.

De his omnibus tanquam de fontibus

I

Salua-

Saluatoris, Ecclesiasticæ deuotionis scaturiginem habentibus, auida mente ad plenum haufit, quod ipse postea in magni patris familias domo fidelis dispensator constitutus, facundissimè ac fœcundissimè populo Dei eructauit: Nam mirum in modum diuini amoris ardore inflammatus iterum Hierosolymam videre concupiuit. Non enim sufficiebat ei, ea quæ erant Hierosolymis, semel aspexisse; sed vis amoris multiplicabat in eo intentionem inquisitionis, ut cum Maria Magdalena sepulchrum Christi frequentius visitaret.

CAPVT XVII.

De orbatone visus sui ad tempus.

Ontigit autem, quod in via veniendi ad sepulchrum Domini ad B. Apostoli Matthiæ basilicam perueniret, Missarum solenniis deuotus assistens lumine oculorum, ac vsu videndi repente subitoque priuatus est. Quam tentationem beato viro non immitti ad iniuriam superna permisit pietas, verum ad solitæ Sanctorum pro-

*S. VVillibaldus
de repente pri-
uatur visus.*

probationis emolumentum, ac fidei constantissimæ donum. Sanctus igitur Athleta Christi VVillibaldus vehementia tam ardui casus mente turbatus, sed non conturbatus est; secundum quod dicit scriptura:

Non contristabit iustum, quidquid ei acciderit. Et item: *Iustus non conturbatur; quia*

Dominus firmat manū adiutorij super eum, continens ipsum ne permoueatur. Viri

namque iusti interdum ex diuersis causis, maximè in perraris euentibus turbantur, sed

non conturbantur, sicut de constantissima Virgine Maria legitur, quod turbata est in

sermone Angeli, cogitans qualis esset delata ad eam salutatio. Non autem conturbata legitur: quia multum refert in scripturis,

hominem turbari & conturbari. Nam turbari in via, humanæ conditionis est. perturbari verò exorbitationis est. nam totalem

euerfionē rationis significat, quæ vitio deputatur. Sanctus igitur VVillibaldus exempla patrum aspiciens, & Scripturas sanctas

inspiciens mente, consolatus est. Recensuit namq; multas tentationes immixtas patri-

bus

bus

Proverb. 12.

Videtur esse ex

illo Psalmi 36.

Cum ceciderit

nō collidetur,

quia Dominus

supponit ma-

num suam.

Lucæ 1.

S. VVillibaldus

consolatur se

exemplis Sarr-

ctorum.

Genes. 22.
Abrahami.

Iob.

Tobie.

Iacob. 1.

bus probationis gratia, puta Abraham Patriarcham in filio fuisse tentatum, & hæreditariam benedictionem constantiâ mentis, ac firmitate fidei, in secula meruisse: Iob. que in carnis tentatione fore probatum, ac sanitati pristinæ, & diuitiis per amplius restitutum. Tobiam verò cæcitate multatū, ac constantia patientiæ probatum, quem mirabiliter Dominus officio Angelorum sanâdo illuminauit. Scripturas etiam mente perlegens, inuenit: quoniam beatus est vir, qui suffert *tentationem*; non dicit, qui succumbit in tentatione, & hic *cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ*. Item beatus Iacobus: *Omne gaudium existimate, fratres, cum in varias tentationes incideritis. nam tentatio operatur probationem, probatio verò spem; spes autem non confundit*. Hæc considerans exemplari informatione, & scripturarum eruditione, per omnia reco-cillatus est, & Deo immensas gratias egit, quod eum cum Sanctis suis tentari permittere dignatus est. Itaque corpore cæcus non mente, cum nullo solatio exterioris obic-
cti

et visibilis frueretur, Deum limpidius ab
 intra speculabatur, sicut excellentissimus
 Doctor Augustinus exponit de Paulo, su-
 per illud Actuum Apostolorum: *Et surgens Act. 9.*
Saulus de terra, apertis oculis nihil videbat;
 & cum nihil aliorum videret, Deum vide-
 bat. Per quod significantius nobis datur in-
 telligi, quod abdicatio exteriorum, confor-
 tationi interiorum cooperatur. Sicut etiam
 naturaliter loquendo experimento didici-
 mus: homo enim in somno ab exteriori in-
 quietatione soporatus, & à delectabilitate
 corporalium obiectorum suspensus, à di-
 uersis abstractus, vnitur. Et quia virtus vni-
 ta fortior est seipsa dispersa; in tantum mente
 conualescit, quod interdum diuina reue-
 latione, vel angelica cooperatione futura
 prospicit, quæ in vigilia, vt communiter
 non prospiciuntur.

CAPVT XVIII.

De restitutione visus per virtutem

S. Crucis.

BEatus ergo VVillibaldus nõ obstan-
 te oratione visus, Hierosolymam

ire fatagebat. Ad manus ergo eum sicut Paulum trahentes, dolorosa pedum offensione, & tædiosa manuum palpitatione progreditur. Et postquam multa Sanctorum loca in via, quæ ducit Hierosolymam, peragrarat, tandem ad desideratam sibi, sanctam peruenit Hierosolymam. Mira dictu, quia mira faciens ipse est Christus. Cùm basilicam, in qua viuificæ Crucis vexillum fuerat inuentum, cæcus intraret, expansis manibus in modum Crucis Deum orans pro claritate lucis æternæ, illico & sine mora lux quondam ei subtracta, puriori aspectu, ac radio luculentiori restituitur. Et quemadmodum per Crucem sanctã Dominus eidem spatium vitæ contulerat amplioris, sicut in capite libri prænotauimus, ita nunc per eiusdem salutiferæ Crucis honorem ei lumen exterioris vitæ restitutū est. Beatus igitur VVilibaldus virtutem in se cœlestem agnoscēs, & quia vt probaretur tentatus est; aperta ratione prospiciens, voce iucunditatis Deo laudes personuit: & Patrem luminum, à

quo

*SS. Vilibaldus
visum recipit
in Basilica
S. Crucis.*

quo omne datum optimum desursum descen-^{Iacob. i.}
dit, atque donum perfectum; & Christum,
qui illuminat omnem hominem venientem,^{Ioan. i.}
in hunc mundum; sanctum quoque paracli-
tum Spiritum, consolatorem optimum,
qui in igne corusco super discipulos appa-
ruit; sanctam & indiuiduam Trinitatem
voce cordis & oris magnifice extollebat.
Signum etiam nostræ redemptionis Cru-
cem sanctam (quæ sicut scribit Ioannes Da-
mascenus, veneratione superdulæ, hoc est,
veneratione *superexcrecente*, vt commu-
niter, venerationem Sanctorum, qui vene-
ratione dulæ honorantur) summè venera-
batur. Nec immeritò, quia ei signum cura-
tionis in pueritia; & signum illuminationis
in adolescentia extiterat, & ad signatum
concupiti effectus se illi semper ostende-
rat.

Et quia autoritatem tam famosi Do-
ctoris in parte protulimus; cōuenit, vt ean-
dem ex integro recitemus; dicit enim sic:
*Virgo beata Theotocos sancta, hoc est, geni-
trix Dei B. Maria, & Crux sancta, venera-
tione*

tionem hyperdulia honoranda sunt. Ex quo accipimus, quod cultus Sanctorum vocatur *dulia*, B. Virginis, & S. Crucis *hyperdulia*; ab *hyper*, quod est *supra*, & *dulia*, quasi *super dulum*, id est communem venerationem Sanctorum. Cultus verò Dei, dicitur *latria*, cui idololatria aduersatur. Sciendum ergo quod B. VVillibaldus iura Ecclesiæ, ac sancta commonita fidei mente amplectens, & beneficia sibi impensa non ex ingratitude parui pendens, B. Virginem, Reginam Virginum, Dominam Angelorum, adiutricem hominum, potestatiuam aduersatricem dæmonum, filiam Patris, matrem Filij, sponsam Spiritus sancti incorruptam, inuiolatam, intactam, impolutam, incontaminatam, illibatam, semper beatam, prius sanctam, quàm natam, in his quæ sunt citra Filium suum benedictum, super omnia reuereri sat agebat; sciens ipsam esse, quæ primo votum castitatis ac virginalis coelibatus emiserat, secundum illud Psalmi: *Adducentur Regi virgines post eam: ipsa enim antecedit & præcedit omnes virgines,*

Elogia B. Virginis.

Pietas S. VVillibaldi erga Deiparã Virginem.

Psal. 44.

gines, dignitate & origine; & omnes eam iure sequuntur tanquam priorem ac puriorem, eidem ancillantes. Vnde ipse Virgo purissimus, Virginem matrem Dei tenerius reuerentiali amore prosequabatur.

Crucem etiam sanctam, per quam beneficium curationis ac illuminationis perceperat; de qua, vt frequenter memor suæ illuminationis orando dicebat: *Signatum est, per signaculum S. Crucis tuæ, lumen vultus tui Domine, super me, ex quo dedisti letitiam cordi meo.* Hinc etiam non immeritò præsumimus, tam laude dignam venerationem in Ecclesia Eystettenfi B. Virgini, ac S. Cruci iugiter exhiberi, tãquam ex eius institutione originaliter promulgatã. Quæ exhibitio reuerentiæ manifestatur in eiusdem Ecclesiæ cantibus, processionibus, & stationibus, oblationibus, ac aliis quàm plurimis obsequiis, quæ in aliis non vidimus Ecclesiis, adeò iugiter ac honorabiliter exhiberi. Nunc stilum reuocemus, vt lecturæ magis, quæ de B. VVillibaldi vita est, inferuire possimus.

Reuerentia S.
VVillibaldi cr-
ga S. Crucem.

psal. 4.

Cultus singu-
laris, qui in
Ecclesia Eystet-
tensi B. Virgini
& S. Cruci de-
ferunt, à S. VVil-
libaldo sumit.

K

CAPVT

CAPVT XIX.

*De reditu eius per mare, & mirabilibus
qua vidit & fecit.*



Vm ergo Confessor Dei V Villibal-
dus, magno labore actionis, & mul-
to dolore diuersæ passionis confectus esset,
ad requiem contemplationis ire aspirans
dicebat: *Quis dabit mihi pennas sicut co-
lumba, & volabo, & requiescam* in otio con-
templationis, pro tempore pausans à labo-
riosa peregrinationis lassitudine? Et cum
multa humiliatione mentis, & profunda
inclinatione corporis, infusus imbre lacri-
marum, benedixit Dominum, cuius gratia
meruerit videre loca tam diu desiderio ma-
gni amoris concupita. Et valedicens ciuita-
ti sanctæ Hierusalem, ac terræ quondam
promissionis, vnà cum suis collegis, ac me-
riti consortibus recedens ad mare venit A-
driaticum, hoc est, mare magnum: vbi na-
uem conscendit transfretare cupiens, vt ad
locum quietæ commansionis perueniret
vbi Deo per amorem inhærendo, dulciter
ac iugiter magis famularetur. Contigit au-
tem

Psal. 54.

*s. V Villibaldus
discedit ex Pa-
lestina.*

tem frequēter, cū transnauigarent, quod ventum haberent contrarium, nec non auram distemperatam; & sæuiente mari fluctibus hinc inde periculose iactarentur. Tunc B. Confessor Dei VVillibaldus in oratione se prostrauit, dicens: *Exaudi nos Deus* ^{Psal. 64.} *salutaris noster, spes omnium finium terra, & in mari longe. Quia tu dominaris potestati maris, & cū volueris mitigare illud, præuales. Fac nobis Domine sicut scis, & sicut vis. Nam si decreueris, continuo liberati erimus. Expleta autem oratione, serenitatem aëris, ac tranquillitatem maris, pro voto semper à solita pietate Domini obtinuerunt.*

Accidit etiam, vt interdum causa necessitatis, interdum gratia commoditatis, ad interpositas maris insulas, vel montuosas rupes peruenirent, vbi à venenatis animalibus Comites sui interdum inficiebantur, quos illico virtute Christi, & S. Crucis signaculo sanitati restituit. Viderunt nihilominus belluas maris horribiles, & monstra diuersarum specierum horrenda, quæ

Eccles. 45.

omnia verbo virtutis sibi à Deo concessa, ac si domestica forent, obtemperabant; vt de ipso dignè pronuciari possit, quod de Moyse legitur: *Et in verbis suis monstra placauit.*

CAPVT XX.

De mansione B. VVillibaldi in Cassino monte Et vite sanctitate per quinque annos.

*Cassini viget
professio Mo-
nastica.*

Cum autem optatum maris portum attigissent, in Domino gaudentes exierunt, & consilio B. VVillibaldi perambulabant loca diuersarum conditionum, queritantes Eremitorium, vel Cœnobium, in quo, quanto ab omnibus exterioribus absolutiores inuenirentur; tanto propensius ac gratiosius ad seruitium Dei habilitarentur. Intellexit autē vir Dei B. VVillibaldus, quod in Cassino monte ex institutione S. Benedicti Abbatis, regula monastica, quam olim professus fuerat, religiosissimè seruaretur. Nec immeritò, cum S. Benedictus idem Cœnobium construxerit, ac ipsum sanctissima inhabitationis præsenti-

tia

tia benedixerit. Igitur ad eundem locum cum multa festinatione, properans ac perueniens, Abbatis aspectui se præsentauit; erat nomen Abbatis Petronax; qui cum vidisset B. VVillibaldum religiosissimis moribus decoratum, solita ac benigna salutatione secundum morem Ordinis eum suscepit; interrogans, quis aut vnde esset; aut cuius rei gratia aduenisset. At ille: Vestræ, Petronax Abbas Cassinensis. inquit, religionis strenuitatem, & monastici Ordinis obseruantiam videre aduenimus; vt imitando bona, quæ facitis, vestro exemplo, & eruditione, in via, quæ ducit ad æternam patriam, proficiamus. Excipit benenigriter S. VVillibaldum.

His auditis Abbas ad monasterium rediit, & conuocatis Fratribus suis, omnia, quæ ex ore S. VVillibaldi audierat, vniuerso Conuentui per Ordinem enarrauit. mox vt Fratres tantæ sanctitatis, tantæque nobilitatis virum aduenisse audierant, benedictentes Domino gauisi sunt; & vnanimi benignitate consenserunt, vt cum ipsis, & inter ipsos, quanto tempore vellet, commanentiam & consortium haberet, vt ipse per

S. VVillibaldus
recipitur à
Cassinensibus.

2 sal. 82.

Conciliatur
diferitas de
annis peregrina-
tionis san-
cti VVillibal-
di.

eos, & illi per ipsum mutua ædificatione in Domino proficerent. Assumptus itaque S. VVillibaldus, & incorporatus Monasterio, in omnibus quæ gessit, cunctis Fratribus laudabilis apparuit, & in omni morum & conuersationis honestate mirabilem se exhibuit, & imitabilem semper ostendit. Et quia longo tempore in exercitatione sanctæ peregrinationis fuerat, in domo Domini commorari delectabatur; & frequenter ingeminando dicebat; *Beati qui habitant in domo tua Domine.* Erant namque decem anni, quod patria rura reliquerat, vt quædam Legenda de ipso testatur: alia verò lectura de ipso refert, quod septem annis in peregrinatione laboriosa fuerit; quæ vtraque vera inueniuntur, si ad debitæ concordantiæ sensum reducantur. Fuerat namque ex altera parte maris curriculo septem annorum in peregrinatione, vt ex quibusdam scriptis colligitur. Ex ista verò parte maris annis tribus, connumerato tempore, quocum Patre & Fratre peregrinabatur, & nunc vltimo de mari ad Cassinum montem venerat.

Non

Non sufficebat autem viro beato, quod in se esset perfectus; sed & aliorum cupiebat esse perfectius; & ideo se ipsum formā bene viuendi cunctis ostendit; & quosdam monitis à seculo reuocans; quosdam iam reuocatos exemplis mirabilib⁹, ac manu ductiuis animans, velut præclara in domo Domini lucerna ardens & lucens: ardens diuini amoris charitate, lucens internæ cognitionis claritate: alios incendendo illuminabat, & illuminando inflama-
bat; ita vt eos, quos illic inuenerat, iam pie-
tate vinceret, constantia superaret, charita-
te inferiores ostēderet, humilitate cunctos præiret. Nec mirum, si in eo tantarum virtutum exuberauerit plenitudo, cum fontem gratiarum in se meruerit habere manantem. & secundum doctrinam Aposto-
li, *que retro sunt obliuiscens, ad anteriora*,
hoc est, potiora charismata se extendit, toto conatu à voluptate exteriorū se abstrahens, interiorum gloria ac delectatione fruebatur; aduertens, vt quemadmodum superiora præferuntur inferioribus, sic interiora
pluris

*s. VVillibaldus
exemplo omni-
bus prælusor.*

Philip. 3.

Psal. 44.

Am. 4.

pluris æstimantur exterioribus: scriptum namque est, *Omnis gloria filia regis ab intus*. Bona quidem esse possunt, quæ exterius patent; sed optima sunt, quæ interioribus latent, secundum illud Canticorum. *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra, oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet*: ac si diceret Dominus; decenter pulchra es amica mea, in exteriori conuersatione: valde pulchra in sensuum ordinata compositione: nam oculi tui columbarum. sed pulcherrima es in interioris hominis facie; quæ rectæ fidei illustratione claret, in parte imaginis, quæ rationalis dicitur; perfectæ charitatis ardore rubet; in parte, quæ concupiscibilis nominatur; firmæ spei stabilitate placet; recta & erecta ad Deum absque omni distortionem vultus in parte, quæ irascibilis nuncupatur, ut de ipsa convenientissimè pronuncietur; *specie tua & pulchritudine tua intende, prosperè procede & regna*. Hæc namque facies ad imaginem & similitudinē Dei facta est; ad imaginem, ut Deum cognoscat; ad similitudinem, ut ipsum diligat. Nam si-

cut

cut imago facit ad cognitionem, sic similitudo ad dilectionem operatur. Et hæc est facies plena gratiarum, & tota desiderabilis.

De Ieiunniis ac vigiliis, cilicio, ac rationabili exercitio corpus etiam B. VVillibaldus domabat, ac spiritui seruire cogebat; orationi affectuosissimè instabat, quasi Deo loquens, lectioni studiosissimè incumbibat, tanquam ei Deus per lectionem loqueretur. Vnde ex sacris immissionibus, quas perceperat in oratione, & ex profundis conceptionibus, quas hauserat in lectione, confratribus suis prædulciter prædicando eructavit verba vitæ æternæ; ita vt omnes dicere cogerentur; nunquam sic locutus est homo; & quoniam vas electionis plenitudinem sacræ doctrinæ continens, Dominus domui nostræ misericorditer inuexit.

Sic igitur spatio quinque annorum in Coenobio permansit, non solum irreprehensibilis, imo in cunctis, quæ egit, per omnia laudabilis.

*s. VVillibaldus
macerat carnem suam.*

Ioan. 7.

*s. VVillibaldus
manet Cassini
annis quinque.*

L CAPVT

CAPVT XXI.

*De transitu eius cum quodam Presbytero
ad Papam & reditu ad sanctum
Bonifacium.*

Contrigit autem nutu diuino, quod
quidam Hispaniensis Presbyter, hoc
est, natione Hispanus, Ecclesiasticæ utilita-
tis causa Romam tenderet, & in transitu
ad Coenobium Cassini montis gratia ora-
tionis pariter & hospitalitatis causa decli-
naret. Qui audiens præclaram famam san-
ctissimi Cōfessoris Dei VVillibaldi; & quo-
modo purissimus esset in sanctimonia vi-
tæ, subtilis in profunditate scientiæ, facun-
dissimus in quacunque Deo laudabili, &
hominibus utili propositione; Patrem Mo-
nasterij aduena Presbyter cum decenti ac
reuerenda comitiua sociorum, quæ secum
aduenerat, humiliter aggreditur, petens ab
eo, quatenus ei B. VVillibaldum virum
tanta sapientiâ pollentem & consilio, gra-
tiosum quoq; in verbo, sibi concedere di-
gnaretur, vt eius consilio pariter & auxilio,
tam in via, quàm in viæ termino frueretur.

*Presbyter Hi-
spanus S. VVil-
libaldum Ro-
mam ducit.*

Abbas verò merita causſæ inſpiciens, miſericordia motus, ſciens B. VVillibaldū ei in omnibus agendis fore perutilem, B. VVillibaldo huiuſcemodi petitionē propoſuit, eidem ſupplicans, vt cauſſam tantæ ſalutis promoueret, & gratiam monaſticæ comanſionis negligere non formidaret. Nam Angeli ad quæcunque loca mineraliter mitterentur, in Deo currerēt: & ipſe in Deo manens, quocunque pergeret cauſſa promouendæ ſalutis proximorum, Deo famularetur. Quod B. VVillibaldus audiens, viſceribus pietatis ſemper abundans, petitioni gratioſè annuit: Nam diu limina BB. Apoſtolorum Petri ac Pauli toto cordis affectu, ſi oportunitas temporis ſe obtuliſſet, viſitare concupierat, niſi quod comanentiam monaſterialis vitæ inuitiſſimè relinquebat.

O Lector ſignanter nota diuinæ ordinationis diſpenſationem; Quod Presbyter ex neceſſitate petebat, B. VVillibaldus ex gratioſa volūtate deſiderauerat: Et ſic Deus neceſſitatem ac bonam voluntatem pro

varietate negotiorum combinans, vtrisque laudabiliter subueniendo consuluit, diuinæ ac sapientissimæ præordinationis suæ conceptum effectu declarans.

*S. VVillibaldus
valedicit Cas-
sinenfibus.*

His igitur sic dispositis, B. VVillibaldus Abbati & Confratribus dulciter, nec non humiliter accepta licentia valedicens, cum supra nominato Presbytero ac honesta co-

Romam venis.

missa iter aggreditur; & Romam venientes cœli Ianitoris Petri Apostoli, ac Doctoris gentium Pauli suffragia deuotissimè implorabant. Gregorius verò Apostolicæ sedis culmine fulgens, qui tertius tunc in Episcopatu Gregorius appellatus est, beati viri aduentum fideli relatu comperiens, blanda eum ad se voce venire præcepit. Qui ve-

*Accerfitur
S. VVillibaldus
à summo Pon-
tifici.*

*Osculatur pe-
des Pontificis.*

*Exponit Pon-
tifici peregrina-
tionē suam.*

niens, & terræ se pavimento prosternens, ad pedum peruenit oscula beatorum. multa autem charitate, ac benignitatis affabilitate à prædicto Papa susceptus est. Et interrogatus de dudum habitæ peregrinationis labore, omnia, quæ ei in via acciderant, & quā misericorditer Deus de manibus quærentium animam eius multoties eum libe-

raue-

rauerat, & quàm laboriosè Hierosolymam, & cum quanto periculo alia sanctificationum loca, vtpote à paganis possessa, adicerat.

Flebant igitur omnes, tum quia talem iuuenem pro Domino patriam dereliquisse, & rãtos labores pertulisse videbant; tum etiam quia se nihil talium pro Domino peregrisse dolebant. Cuius cum Papa benignissimus peregrinationis seriem ipso referente libenter audisset, & de eius virtutis constantia attentius miraretur, inter melliflua eorum affamina beatus Papa recordatus est, quod S. Bonifacio Archiepiscopo de cooperatione & societate S. VVillibaldi p̄miserat, paterna exhortatione, & Apostolica autoritate præcipiendo rogauit, & rogando præcepit, vt sine contradictione, obedientia qua Monachum obedire decet, sine mora ad S. Bonifacium Moguntinæ sedis Metropolitanum, cum festinatione p̄peraret, & in vinea Sabaoth fidelem cooperatorem, & humilem ministrum in omnibus, quæ ei S. Bonifacius iniungeret, se exhiberet.

*Iubetur abire
in Germaniam
ad S. Bonifacium.*

beret. Beatus verò VVillibaldus se excusare conabatur, desiderans ad ouilia relictī monasterij, Deo fauente, reuerti. Sed videns, quod in hac excusatione apud Dominum Apostolicum nequaquam proficeret, in spiritu humilitatis obediens, Apostolica benedictione roboratus, in Alamanniam ad S. Bonifacium, sicut ei à Domino Papa præceptum erat, peruenit, & quomodo ad seruiendum & obediendum ei à Domino Papa missus fuerat, ex ordine narrauit.

CAPVT XXII.

De letz congratulatione S. Bonifacij in aduentu B. Willibaldi, & quod eum in Episcopum consecrauit.

QUOTQUAM S. Bonifacius, ac S. VVunnebaldu, ceterique eiusdem societatis fideles fratres, tam dilectum Deo & hominibus fratrem saluum recepissent, diutissime in oscula, & in collum irruerunt, & præ gaudio flentes, Deum largitorem omnium bonorum pro vniuersis beneficiis suis glorificauerunt. Sed & Rex Pippinus, vt agno-

Cōmune gaudium ob aduentum sancti VVillibaldi.

agnouit aduentum tam venerabilis personæ, plus quam credi potest, cœpit in Domino gratulari, eo quod tantum lumen iustitiæ regno suo illuxerit; & quod omnes aduersitates eorum orationibus à regno suo propelli firmissimam spem habuerit. Omnes quoque optimates qui in regno Pippini Regiserant, aut venientes, aut electos nuncios mittentes, toto cordis tripudio S. Bonifacio applaudebant; quod à Domino tales adiutores, & cooperatores accepisset; quorum in dubiis rebus sufficiens consilium, & in quorum orationibus tempore necessitatis certissimum inuenirent auxilium.

Gaudium Pippini Regis.

Et optimatum Francie.

Creuit itaque Ecclesia Christi per verbum, & per labores S. Bonifacij, sociorumque eius, & credentium in Domino fides augebatur, & abolito idololatriæ ritu, in consecrandis Ecclesiis, in prædicando verbum Domini, in baptizandis gentilibus, in procurandis infirmis & pauperibus Ecclesiasticus ordo per omnem Alamanniam instituebatur.

Fructus laborum S. Bonifacij & sociorum.


Fue-

Iste Odilo
Dux Bauarig
fuit, de gene-
re Pippini &
Caroli Regū
& fundauit
etiam Altah
inferius, &
septem alia
monasteria;
fuit autem
tempore Za-
chariæ Papæ
año Domini
DCC. XLI.
*Ita notatur
ad marginem
in altero ma-
nuscripto co-
dice.*

*Instituitur E-
piscopus Ey-
stettensis.*

*Vitis huius in-
stitutionis.*

Fuerunt illis temporibus in regno Pippi-
ni Regis duo Principes, scilicet Odilo Dux,
& Sviggerus Comes, qui vterque ad S. Bo-
nifacium venientes, orationibus eius se cō-
mendauerunt, & prædia sua cum manci-
piis ad seruiendum Deo viuenti deuotissi-
mè ei obtulerunt. Sed beatissimus Præsul
considerans, quia res Ecclesiæ vota sunt fi-
delium, pretia peccatorum, patrimonia
pauperum, ex allodiis Odili Ducis, Frisingen-
sem instituit Episcopatum: ex prædiis
verò Sviggeri Comitis Eystettensem fun-
dauit & firmauit pontificatum; præfecitq;
venerabilem Fratrem & discipulum suum,
sanctū videlicet Corbinianum Frisingen-
sibus: sanctum verò VVillibaldum, Deo
dignum Episcopum, Eystettensibus. Hoc
instituens, vt de rebus Ecclesiasticis paupe-
res alerentur, infirmi recrearentur, peregrini
hospitarentur, hospites charitatiuè reci-
perentur, captiui Christiani prout facultas
suppeteret, redimerentur. Quod factum ita
omnibus Christianis placuit, vt his institu-
tionibus incitati & accensi, per manus san-
cti



Handwritten notes or markings on the right edge of the page, including the letters 'me' and 'id'.



S. WILIBALDVS
EPISCOPVS.

Sacerdos magnus q in dieb, suis
placuit Deo, et inuentus est iusto

eti Bonifacij plurimi Deo sua offerrent, & ad seruiendum Altissimo multum per omnem modum Ecclesias Christi ditarent. Sanctus igitur Bonifacius postquā B. VVillibaldum in omni vitæ & morum conuersione probatum, & approbatum à Deo & hominibus reperisset, post lustrum temporis, cum Eystettensibus in Præsulem instituit: & assumptis sibi Coëpiscopis suis, videlicet S. Burchardo Herbipolensi Episcopo, & VVizone, omni reuerētia digno Præsule, in pago quodam Thuringiæ prouinciæ, sepe dictum, ac semper dicendum beatum VVillibaldum cum esset vnus & quadraginta ætatis suæ annorum, in Præsulem deuotissimè consecrauit.

Ardor fidelium bona sua Ecclesiis largientium & donantium.

S. VVillibaldus primus Episcopus Eystettensis.

Episcopalis consecratio S. VVillibaldi.

Mors S. VVillibaldi quando creatus est Episcopus.

Quod & signanter notandum existimamus, quoniam Christus, Pontifex futurorum bonorum, sanctus Sanctorum beatum suum VVillibaldum electum Antistitem, autoritatiuè ac principaliter consecrans; per manus Sanctorum etiam voluit officiosissimè ac ministerialiter consecrari, vt VVillibaldus electus Dei Pontifex

M

San-

Sanctus à sancto Sanctorum, per manus Sanctorum consecraretur.

*Quid insignia
Episcopalia si-
gnificent.
Quid infula.*

Math. 24.

1. Cor. 4.

*Quid Chiro-
thocæ.*

Beatus verò VVillibaldus aduertens an-
nulum suæ desponsationis, quem in fide
acceperat; considerans nihilominus infu-
lam coronationis, quam in significatio-
nem scientiæ vtriusque testamenti susce-
perat: per duo enim infulæ cornua duo te-
stamenta intelligimus; fidelem in obser-
uantia mandatorum; prudentem verò in
dispensatione Sacramentorum se omni-
bus exhibuit; tanquam constitutus super
familiam Dei, *vt det illis escam in tempore*
& vt offerret se Apostolo queritanti, & con-
querenti ac dicenti: *iam quaritur inter mi-
nistros, vt fidelis quis inueniatur.* Chirothe-
cæ etiam manuum niueas, quid tegumēto
& colore mystica significatione prætende-
rent, sollers æstimabat; quomodo manus
consecratas, & alias consecraturas mundif-
simè ac reuerendissimè custodire deberet;
& ne pollutum quid tangeret de ipsis figu-
raliter accepit: & mystica iura pastoralis ba-
culi diligenter attendebat, cuius curuitate

Deo

Deo fideles & Ecclesiæ suæ congruentia atraheret; planitie lenitatis eiusdem baculi *Quid baculus.* imbecilla sustentaret; ac rectitudine vniuersos sibi commissos regeret. acumine etiam pastoralis censuræ desides ad Deo seruiendum stimularet; & saluo ordine Ecclesiasticæ institutionis fidelem populū contra rabiem infidelium, vel quorumcunq; reprobos strenua virtute defenseret. Non etiam paruipendens figuram sandalium, *Quid sandalia.* per quæ pedes vestiuntur, quibus in Deum gradimur; si intellectus sobria cognitione, & affectus diuina dilectione vestiatur: & p omnia se in interiori homine ornari gratia, & virtute à Domino petebat; vt quemadmodum cum Deus in exteriori homine gloria & honore coronauerat, & in omni ornatu membrorum decenter vestierat, sic virtutum habitu, & refulgentia gratiarum ab intra pulchrificari mereretur.



M 2

CAPVT

*De accessu B. VVillibaldi ad locum suæ Ca-
thedra, & Congregatione regularium
Clericorum ibidem.*

Sanctus igitur VVillibaldus in fulis
decoratus talem se exhibuit, vt ab
omnibus amaretur: & accedens ad locum
deputatæ sibi sedis, qui erat locus horren-
dæ ac magnæ solitudinis, cœpit eremum
excolere, nemus succidere, succisum eradi-
care, & super ripam fluminis, quod * Ali-
monium vocatur, monasterium fabrica-
uit; & regularis vitæ rationabilisque obse-
quij Clericos congregauit, & incircumci-
sis corde verbum vitæ euangelizans in om-
ni Pontificatus officio fidelem dispensato-
rem, & strenuum seruitorem Dei se osten-
dit: & attendens quod Ieremiæ quondam
dictum est: Constitui te super gentes, & re-
gna, vt euellas, & destruas, dissipas, & disper-
das, ædifices & plantes. Et ipse euellebat ra-
dices peccatorum, destruens ministeriali-
ter corpus peccati, inferebat genimina vir-
tutum, & dissipans consilia impiorum, di-
sper-

*Excolit solitu-
dinem.*

* *Ali-
monium.
Condit Mona-
sterium.*

Iherem. i.

sperdebat ad inuentiones eorum; ædificabat & plantabat *super fundamēta Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis adificatio constructa crescit in templum sanctū in Domino.* In quo & ipse cum suis sanctis contribulibus ædificabatur in habitaculum Dei in Spiritu sancto. Vbi quanta monasterio constructo, seipsum abstinētia macerauerit, quantoque usque ad vitæ suæ terminum ad amorem coelestis patriæ, verbis & exemplis accenderit, quoque virtutum nitore refulserit, nullus enarrare præualebit. Item omnes comprouinciales diuites & pauperes tanta familiaritatis dulcedine sibi coniunxerat, vt de omnibus finibus regionis illius ad eum confugerent, & ad saluandas animas suas consilium & auxilium ab eo expeterent; sicque factum est, vt bonitatis eius fama crescente, S. Bonifacium ad se frequentius venire præciperet; & à cunctis in Moguntina Metropoli commorantibus acceptissimus haberetur: & ideo in consiliis, in iudiciis, & in consecrandis Ecclesiis,

*Ephes. 2.**Austeritas
vitæ.**Humanitas
eius erga omnes.**Vocatur sepius
ad S. Bonifacium.*

*S. VVillibaldus
primas post
Metropolita-
num obtinet.*

*S. VVillibaldus
& successores
suis sunt Vica-
rij sedis Mogun-
tinae, quando
vacat, aut a-
lioqui necessi-
tas id exigat.
S. VVillibaldus
& Successores
sunt Cancellarij
sedis Mogun-
tinae.*

*Rationale san-
cti VVillibaldi
& Successorū.*

vel quibuscunque conditionum personis, & in aliis charismatum donis, primum post Metropolitanum Deo fauente, & meritis suis exigentibus locum obtinuit. Concessumq; est ei cum priuilegij attestatione, vt in conferendis beneficiis Ecclesiasticis, atque feudis, & in aliis Deo digna gerendis, ipse omnesque successores sui Eystettenensis Ecclesiæ Pontifices cum necessitas viduatę Ecclesiæ aut tempus aliās exigeret, specialiter præ aliis sanctæ Moguntinæ sedis suffraganeis vicem Archiepiscopi gereret, & in celebratione Concilij tanquam verus Cancellarius ac Prolocutor Concilij à dextris Archiepiscopo proximus assideret. In cuius dignitatis euidenciam vestitura magni ornatus, ac sanctæ figurationis ei concessa est; nec non omnibus sibi ritè succedentibus præ cunctis Episcopis, qui de linea Moguntinæ deriuationis computantur. Vocatur autē vestis ista Rationale, quo etiam summus Pontifex accedens ad sancta Sanctorum olim superuestiebatur. Habebat autem Rationale summus Pōtifex in lege veteri

teri in præfigurationem multæ perfectionis; & Pontificibus noui Testamenti quibusdam conceditur in exhibitionem consummatæ virtutis, quæ gratia & ratione perficitur, à qua Rationale dictum est.

CAPVT XXIV.

Quod omnibus omnia factus placuit vniuersis, & de operibus misericordiae.

IX his quæ dicta sunt, euidenter apparet, quomodo decorus sponsus Eystettenfis Ecclesiæ S. VVillibaldus non solum habitum competentis scientiæ, sed etiam eminentis assecutus est. Habuit namque profundæ cognitionis, nec non altæ considerationis scientiam; tam ex acquisitione studij, quàm etiam ex infusione Spiritus sancti, qua adeò laudabiliter omnia peragebat, vt singulari gloria præ ceteris Coëpiscopis ornaretur; & ex notabilitate ornatus Metropolitano proximus in dignitate monstraretur. Hic frequenter vocatus ad Concilia Regum, ac Principum palatia
adeo

*S. Willibaldus
frequenter vo-
catur ad Con-
cilia Regum &
Principum.*

Matth. 5.

Jacob. 2.

Matth. 25.

adeo in populis humiliter, principibus re-
uerenter, Deo laudabiliter conuersatus est;
vt omnes in honestate conuictus sui ædifi-
carentur. Erat namq; utilis in verbo, discre-
tus in silentio, tantæ venustatis in actione
sua, vt aspicientium oculos nequaquam
offenderet, sed exemplar moraliter ac iuste
viuendi omnibus se præberet. Operibus
misericordiæ vbicunq; locorum esset, sem-
per se officiosissimè ac liberaliter valde of-
ferebat; sciens quia scriptum est; Beati mise-
ricordes, quoniam ipsi misericordiam con-
sequuntur. & itē. misericordia superexaltat
iudicium. Et Iesus Christus prima veritas,
summa bonitas, de operibus misericordiæ
per semetipsum electis suis dicet, in vltimo
disceptationis iudicio. Hæc videlicet opera
misericordiæ fideliter peregistis, enume-
rans omnia, dicens: Hospes eram, & collegi-
stis me: infirmus & in carcere eram, & visi-
tastis me: nudum me vestistis, esurientem
pauistis, sitientem potastis. Venite ergo be-
nedicti, percipite regnum, quod vobis pa-
ratum est ab origine mundi. E contra re-
probis,

probis, & ad sinistram constitutis. Hęc non fecistis, & facere contempistis; ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Et dicent reprobi. *Vbi te vidimus Domine, esurientem, & sitientem? &c. & tibi non ministravimus?* Et dicet eis. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et quia hoc neglexistis; ite in ignem æternum. Ecce quod vltimata sententia nostre saluationis & damnationis ex adimpletione operum misericordiæ, vel neglectu eorundem pronuntiabitur. Operibus enim misericordiæ cetera genera peccatorum, accedente vera pœnitentia, redimuntur. Nam sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum. Nam in vero pœnitente elemosyna ex charitate ministratur. Et scriptum est. Quoniam charitas operit multitudinem peccatorum. De prosecutione ergo operum misericordiæ, vel omissione eorundem Dominus in extremo iudicio sententiam pro saluandis promulgabit. Contra damnandos verò horribiliter fulminabit.

Eccles. 3. ut citat S. Cyprianus in serm. de opere & elemosyna.

1. Petri 4.

Namque Beatus

*Fugit pompam
& turbas se-
culi.*

*S. VVillibaldus
multos baptis-
matis aqua
tinxit.*

*Munia, que
obibat.*

Beatus etiam VVillibaldus summa con-
sideratione obseruabat, quando subterfu-
gium à Curiis Principum saluo iure Eccle-
siæ suæ habere poterat, quod ab ipsis se ab-
sentabat: quia in pompis seculi nequaquã
delectabatur. nam quicquid secularitatem
vel scurrilitatem quoquo modo prætende-
bat, per omnem modum aspernabatur: &
tunc festinus ad sponsam sibi in fide com-
missam properabat, castissimi amoris zelo
accensus, vt ipsius pudicis amplexibus fru-
eretur: & vt Spiritu sancto foecundata, ipso
cooperante, verbo & exemplo prolificaret
in sobolem salutis æternæ. Sciendum nam-
que quod Baptismus est spiritualis vterus
Ecclesiæ, ex quo multos tanquam minister
Christi regenerauit in Spiritu sancto: nam
pro necessitate vel decēti congruentia ba-
ptizabat, prædicabat, confessiones audie-
bat, sacramenta Ecclesiastica, nec non sa-
cramentalia propria manu dispensabat, Ec-
clesias consecrabat, nec non ministros Ec-
clesiæ, statutis temporibus, vt poscebat vr-
gens necessitas, vel euidens vtilitas reueren-
tissimè ordinabat.

CA-





De S. VVunnebaldo Abbate, & de fundatione Monasterij in Heidenbaim.

Is apud S. VVillibaldum sic peractis, S. VVunnebalduſ germanuſ eiꝯ diuturnitate multi temporis laſſatuſ, & frequentia orationum & vigiliarum debilitatuſ, timuit fruſtuꝯ laborum ſuorum vanę laudis gloria euaneſcere, & lampadē ſuam, veniente ſponſo, inſatuato oleo tenebreſcere. Et ideo deliciaſ, & lautioꝯ cibos, copiamqꝯ vini, quę circa Rhenum ſuperabundat, & frequentiam populorum, firmiter in animo ſuo diſpoſuit ſubterfugere. Eccleſiis itaque quas regendaſ ſuſceperat, bene diſpoſitiſ, & accepta licentia ab Archiepiſcopo, ſecretum ſolitudinis petiuit, & ad parteſ illaſ, quę Svanuelden nuncupantur, acceſſit. Et cum diu hac & illac circumcuꝯſando, locum ſuo deſiderio complacentem quęreret, tandem diuina prouidentia ita diſponente, inter denſitateſ ſiluarum, & inter conuallia montium, ſolitudinem

S. VVunnebalduſ frequentia hominum ſuſgere cogitat.

*Quærit locum
habitandi in
solitudine.*

Psal. 131.

*Patitur iniu-
riam.*

*Implorat opem
S. VVillibaldi.*

dinem multitudine fontium, & qualitate suæ magnitudinis veloci impetu decurrentium irriguam, & monasticę habitatio- ni congruam inuenit. Cuius loci situm vir beatus diligenter considerans, ex toto corde exhilaratus est; & benedicens Deo, solo- que prostratus cum Propheta exclamauit dicens. Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam.

Erat autem in eodem loco paruula pla- nities, ad instar agri modici, quam incolarum quidam suo iuri vendicabat; & sicut impij solent persecutionem iustis inferre, viro Dei, vt de loco recederet, vim faciebat. Sed Confessor Christi illatas molestias pa- tienter sufferens ad fratrem suum Eystet- tensem Episcopum, qui Dioecesanus suus erat, perrexit; & quoniam aptum suo desi- derio locum inuenisset, & quas iniurias ab eo, qui eundem locellum sibi vsurpabat, pertulisset, indicauit. Pius verò Præsul fra- terno desiderio congaudens, & vexationi eius ex intimis visceribus compatiens, vo- to fratris adiutorium impendit, & agellum

ab

ab eo, qui eum sibi mancipabat, pro bene- *Nec frustra.*
 placito illius comparauit: & ne in posterū
 venditio irritaretur, firmissimo pacto tra-
 ditionem agelli stabiliuit. Quem locum
 vir Deo deuotus dignissimè incoluit, & in *Ædificat Mo-*
 cooratorium cum mansuunculis exstruxit, *nasterium.*
 & vitam sanctorum Patrum imitatus, ad
 seruiendum Deo religiosas personas, & in
 obseruatione mandatorum Dei probatas
 collegit, & cœnobialem vitam celebri cul-
 tu exhiberi, & regulam S. Benedicti inibi *Colligit cœtum*
 dignè obseruari constituit; & loco nomen *Monasticum.*
Heidenhaim vsq; in hodiernum diem per-
 mansit.

Assumpsit etiam sororem suam sanctam
 VValpurgam, virginem Deo dicatam, quæ
 cum virginibus Christo despōsatis sub im-
 perio & eruditione S. VVunnebaldi, ex cō-
 filio S. Bonifacij Archiepiscopi, & S. VVilli-
 baldi Eystettensis Episcopi, se ipsas hostiam
 immaculatam Deo viuenti, sub districtio-
 ne regularis disciplinæ, iugiter immolaue-
 runt; quæ etiam de partibus Anglicanis, *s. VValpurga*
 post obitum matris B. VValpurgæ Virgi- *Heidenheimēsi*
 nis, *Parthenonis*
præficatur.

nis, ad vocationem S. Bonifacij, ac B. VVil-
libaldi ad S. VVunnebaldum in Thurin-
giam prius peruenerant, ibidem sub regu-
lari custodia Deo seruientes.

CAPVT XXVI.

*De incremento bono Claustri in
Heidenhaim.*

Reuertit itaq; locus ille per merita san-
cti VVunnebaldi, & S. VValpurgæ
Virginis; & sicut interius orationibus & di-
uino obsequio Sãctorum est adornatus, ita
breui tempore in exteriorib⁹ fidelium ob-
lationibus est amplificatus. Nec immeritò
nam *omne Monasterium, quod in spiritualibus bene regitur, in temporalibus per omnia prosperatur: quod verò in spiritualibus malè regitur, in temporalibus pessimè gubernatur.* Et hoc in diuersis Ecclesiis, Ordinibus, ac monasteriis, nostris temporibus plus experientia docet, quàm codices proloquantur. Omnes etiam qui spiritali ædificatione per verbum S. VVunnebaldi proficiebant, de prædiis, de mancipiis, de rebus

*Notabilis sen-
tentia.
Et auro scri-
benda.*

*Liberalitas fi-
delium erga
S. VVunnebal-
dum.*

rebus mobilibus, puta de auro, de argento, de gemmis, de auro textis vestibus per manum S. VVunnebaldi, oblationes Deo offerebant.

Cum autem Venerabilis Abbas, Confessor Christi, videret fines prædiorum suorum dilatari, & in omni ornamento & diuitiis secularibus res Ecclesiæ augeri, veritus extollentiam oculorum ex superfluitate diuitiarum generari, partem Ecclesiasticarum rerum in vsus pauperum distribuit, & quædam ex prædiis Ecclesiæ cellis adiacentibus adhuc mendicitate paupertatis laborantibus, hilari mente ac larga manu contradidit. Attendebat enim Prophetam orantem & dicentem : Inclina cor meum *Psal. 118.* in testimonia tua, & non in avaritiam. Et item : Dispersit, dedit pauperibus, iustitia *Psal. 111.* eius manet in seculum seculi. Et, quoniam dicit Apostolus : hilarem datorem diligit *2. Cor. 9.* Deus. Ideoque quicquid Heidenhaimensis cella tempore S. VVunnebaldi proprium possidebat, tempore necessitatis cum nihil habentibus, commune habebat; & indefessum

S. VVunnebaldi in pauperes liberalitas.

*Sub s. VVun-
neb. & s. VVal-
purga viget
Monastica
disciplina.*

fessum rerum necessariorum pro posse suo, ac largum auxiliatorem omnibus opem suam quærentibus, semper se exhibuit. Sub ipso, & per ipsum vigeat religio Monachorum, ipso exhortante & S. VValpurga cooperante, sanctitas & castitas floruit Virginum. Fuitque illo tempore Heidenhaimensis Ecclesia asylum, & portus omnium laborantium; nec fuit, qui in tribulationibus suis non inueniret ibi certum refugium, per merita & orationes Sanctorum inibi Deo ministrantium. Quam ob rem homines circumiacentis regionis cellam prædicti Confessoris muro circumdederunt, & infra ambitum muri annuente B. VVunnebaldo, locum sepulturæ sibi elegerunt.

*Cella s. VVun-
nebaldi muro
cingitur.*

Similiter etiam Confessor Christi VVillibaldus omnibus subiectis suis gratissimus extitit; & cum Martha in actiua vita studiosissimè desudauit; & cum Maria in contemplatiua vita Domino iugiter adhæsit. Verè fratres isti, scilicet S. VVillibaldus, ac B. VVunnebaldo non immeritò duæ dicuntur oliuæ eximiæ pietatis, & duo candelæ.

delabra lucentia in virtute primæ veritatis, ante Dominum: quia sicut per S. VVillibaldum illuminata est Bauaria, ita omnis cæcitas incredulitatis per S. VVunnebaldum fugata est à Thuringia. Nam linguæ eorum vim clauium, scilicet autoritatis & scientiæ habentes, ad occulta cordium multa virtute & Spiritus sancti cooperatione peruenerunt, & eis ianuam regni in virtute passionis Christi referantes, ipsos deduxerunt super semitas iustitiæ, vt ingrederentur, & regrederentur ad pascua vitæ, & de fontibus Saluatoris haustu salutaris sapientiæ eodem potauerunt. Non facile autem discerni poterat, quis eorum humilior, quis in agricultura Dei studiosior, & quis in obseruantia mandatorum Altissimi videretur esse præpotentior. Sed cùm vnum videres, alterum te nouisse putares: & quamuis duo essent in corpore, vna tamen fides, & vnus spiritus deuotionis regnabat in vtroque.

*Virtutes par-
les S. VVillibal-
di & S. VVunne-
baldi.*



O

CAPVT

De obitu S. Wunnebaldi Abbatis.

¶ Vm autem plenitudo temporis aduenisset, qua pietas Dei B. VVunnebaldum de huius seculi erumoso ergastulo misericorditer euocaret, venerabilis Abbas & Confessor Christi iam dictus, graui infirmitate correptus, cursum vitæ cōsummauit, & de huius peregrinationis exilio ad coelestem patriam, & de transitorio labore in requiem sempiternam quinta decima Calendarum Ianuarij feliciter introiuit. Cuius corpus sanctus VVillibaldus frater eius cum multitudine virorum ac mulierum ad exequias sancti viri concurrentium, cum deuotione psallentium Clericorum, & orationibus Monachorum, sanctarumque Virginum in oratorio, quod Venerabilis Pater Deo fabricauerat, honorifice sepeliuit: quod idem oratorium sanctus Præsul VVillibaldus ad Dei honorem & fratris dilectionem postea amplificauit, & multipliciter adornari præcepit.

*Obijt s. Wunne-
baldy anno dñi
DCC LX.*

*s. VVillibaldus
celebrat exequias
fratri suo VVunne-
baldy.*

*Accursus ad
has exequias.*

CAPVT XXVIII.

De initio miraculorum post transitum sancti viri.

Est hæc quidam ex discipulis beati VVunnebaldi qui tumbā eius, gratia orationis ac deuotionis, adierunt, cum multo fletu absentiam corporalem tanti patris lamentantes, miraculo narratione digno consolati sunt. Ineffabilē enim dulcissimi odoris suauitatem senserūt, & compulsionem campanarum nulla humana administratione adhibita audierunt. nec non luminaria extincta absque omni humano adminiculo crebro accēdi viderunt. Et hoc initium signorum post transitum S. VVunnebaldi lecturæ nostrę inserere curauimus, vt deuotus lector quam plurima miracula de scriptis S. VValpurgæ Virginis, quæ de ipso fideli relatione commemorat, nec non de propria legenda multa scrutetur. Nam in hoc opusculo, quod rogatu fratrum nostrorum compendij gratia suscepimus, plura enarrare, etsi liceat, ac reuerentia tanti patroni libeat, arbitramur

Suavis odor ex tumba S. VVunnebaldi.

scripsit sancta VValpurga de miraculis sancti VVunnebaldi, quæ lucubratio non existat, nam illa Tomo IV. Canisij non est à S. VValpurga scripta.

O 2

tamen,

tamen, quod in præfenti legenda non expediat.


CAPVT XXIX.

Quod S. VValpurga præfuit Monachis & Monialibus in Heidenhaim.

*S. VValpurga
præfuit vtriq;
Monasterio.*

Eni que post mortem fratris sui, sancta & Venerabilis Virgo VValpurgis gubernacula, & regimen regularis disciplinæ in cella Heidenhaimensi, vsque dum vixit, tenuit; & seipsam formam & exemplum bene viuendi cunctis ostendit; tum in Oratorio sororum sibi commissarum, videlicet sanctimonialium, quod sequestratum spatio competenti à cella Monachorum, vt decebat, constructum fuerat; tum etiam in Cœnobio Monachorum, quod frater, dum viueret, inhabitauerat; & in eodem Monasterio omnem excessum strenuè, & vt ita dicam, viriliter correxit; ve si diuersitas sexus non obsisteret, dignè nomē patris mereretur. Tantæ etiam fuit, cum tempus & res ex postulabat, pietatis ac māsuetudinis, & cuncto tempore in omni conuersatione tantæ extitit grauitatis in
di si.






dissimulandis, tantæ compassionis in recre-
 andis, tantæque sanctitatis in omnibus a-
 gendis, vt merito veneraretur vt domina,
 & à cunctis diligeretur vt mater amantissi-
 ma. Vt igitur fidem verbis nostris adstrua-
 mus, vnum de signis, quod Dominus pro-
 pter ipsam, & per ipsam etiam dum adhuc
 in carne viueret, operatus est, quod in valde
 approbatis libris inuenimus, in medium
 adducere concupiscimus.

Humanitas
 S. VValpurgæ
 temperata est
 seueritate.

CAPVT XXX.

*De splendore cornusco fulgoris super sanctam
 VValpurgam, & sorores eius cœ-
 litus misso.*


 Vm post discessum fratris sui, sancti
 videlicet VVunnebaldi, guberna-
 cula Monasterialis vitæ in Heidenhaimen-
 si Ecclesia interdum strenuè, interdum ve-
 rò clemētissimè, pro varietate personarum,
 & diuersitate conditionum, prout pastora-
 le officium exposcebat, infatigabiliter, vir-
 tute patientiæ, manu teneret; accidit, vt
 quidam Ecclesiasticus, nomine Sumeran-
 dus,

O 3

dus,

109
 dus, qui accendendis luminaribus Ecclesie
 præerat, Conuentui tempore cœne, lumen
 subtraheret; & respectum Dei non habens,
 S. VValpurgam grauitè in hac re offende-
 ret: Nam de iniuria sororum suarum do-
 lens, & iniuriam suam patienter sufferens,
 incoenata ad orationum consolationem se
 contulit, & ei, qui indeficiens & verum lu-
 men existit, iniurias suas, & defectum soro-
 rum suarum commisit. Mox mirum in
 modum lux cœlitus demissa in splendore
 fulgoris coruscantis, omnem locum, in quo
 S. VValpurgis, & sorores eius erant, reple-
 uit, & vsque ad ortum solis ab eis non re-
 cessit.

*S. VValpurga
 & sororibus
 lux cœlitus
 mittitur.*

Qua in re multitudo & magnitudo vir-
 tutum S. VValpurgæ Virginis clarè enituit,
 & omnium corda, qui hoc signum vide-
 rant, vel audierant, ad obediendum S. VVal-
 purgæ Dominus vehementer accendit. Et
 post operationem huius signi & aliorum,
 quæ Dominus propter eam, & per eam di-
 gnatus est operari, in spiritu humilitatis p-
 fundiori, & afflictione corporis ampliori,
 Domi-

Domino caritatiuè famulabatur; pertimescens, ne ventus iniuriosæ vanitatis lampadem internæ claritatis, quam ei Dominus contulerat, extingueret. Hoc autem miraculum de innumeris excerptum huic legendæ vnitum annotare curauimus, quatenus ad originalem lecturam, quæ de beato VVillibaldo, Dei gratia, consummanda est, magis festini veniamus.

CAPVT XXXI.

De obitu S. VValpurgæ Virginis.

Ostea per aliqua temporis interualla Virgo VValpurgis Deo charissima, finem imponens huius seculi laboribus ac doloribus, ad brauium æternæ vocationis anhelans, ægritudine, quæ ipsam inuaserat, inualescēte, Ecclesiasticis Sacramentis munita, plena Spiritu sancto, obdormiuit in Domino, quinto Calendas Martij, hoc est in crastino S. Matthiæ Apostoli; festum verò Canonizationis ac translationis eius in die beatorum Apostolorum Philippi & Iacobi consueuit sollenniter celebrari: Est autem

Festū S. VValpurgæ primo die Maij.

autem sanctissima VValpurgis Virgo iuxta S. VVunnebaldum Ecclesiasticæ sepulturæ commendata, per B. VVillibaldum Præfulem fratrem suum, vt vicinitas sepulturæ germanitatem generis, & parilitatem sanctitatis demonstraret.

Sepulta est iuxta sanctum VVunnebaldum.

CAPVT XXXII.

De translatione B. VValpurgis in Eystett, & fundatione Monasterij ibidem.

D Rocessu verò longi temporis, postquam B. Præsul VVillibaldus de hoc mundo nequam migrauerat, in polorum regno cœtibus Angelorum admixtus, reuelatione diuina cuidam Eystettenfium Episcopo, nomine* Herperto, monstratum est, vt Beatam, Deo placitam & hominibus gratam, Venerabilem VValpurgam Virginem, de loco humili, in quo inhumata fuerat, ad locum excellentiorem magis, ac reuerentialem transferre deberet. Igitur Deus omnipotens Ecclesiæ Eystettensi, ac saluti totius populi eiusdem ciuitatis, nec non

** Non sub Herperto, sed sub Otkario Episcopo translata est S. VValpurgis Eichstadii. de quo vide Catalogum in Otkario.*

non circumiacentis regionis prospicere, imo misericorditer providere decernens, sepe dictam, benedictam, ac semper benedicendam cum multa gloria & honore, ac miraculorum innumerabilium ostensione, ad ciuitatem Eystettensem per dictum eiusdem ciuitatis Episcopum transferri voluit; vt locum nostræ sedis, aggregatione sanctorum, videlicet B. VVillibaldi; ac beatę VValpurgis sororis eius germanæ corporali præsentia, tantarū diuitiarum thesauris, in gratiarum vbertate ditaret, & ditando sublimaret, & sublimando cunctis honorabilem demonstraret.

Peracta autem translatione, prout Venerabili Episcopo in visione præmonstratum fuerat, idem Episcopus cooperante sibi quodam Comite, nomine Leutgero, Cœ-

*Heribertus Episcopus condit
cœnobium sanctę
VValpurgis
Eystadij.*

nobium in monte eiusdem ciuitatis instaurauit; quod bonis possessionibus, prout decebat, vterque dotauit; ac sanctimoniales secundum institutionem B. Benedicti Deo famulantes inibi collocauit: sanctum quoque corpus gloriosæ VValpurgæ Virginis

P in

Lipsana sanctæ
VValpurgis in
altari condū-
tur.

in altari publico eiusdem Monasterij cau-
tè ac reuerenter præfatus Antistes recondi-
dit: vbi miracula vsq; in hodiernum diem
continuata feliciter crebescunt. Nam de
membris eius virgineis, maxime tamen pe-
ctoralibus, sacrum emanat oleum. quod
gratia Dei, & intercessione B. VValpurgæ
Virginis cæcos illuminat, surdos audire fa-
cit, & gressum claudis reddit, cunctisq; de-
bilibus optatum effectum deuotè petenti-
bus misericorditer indulget.

Ex quibus fluit
oleum.

CAPVT XXXIII.

*De sanitate, quam in se miraculosè exper-
tus est Dn. Philippus Episcopus
Eystettensis.*

Hanc etiam gratiam curationis ipsi
experti sumus. Nam graui infirmita-
te ægrotâtes ad excidium vitæ peruenimus;
& rememorantes gratiam, quam B. VVal-
purga suis dilectoribus indefinenter osten-
dit, præcepimus de oleo sacro sanctæ suæ
emanationis nobis copiosius afferri, & de-
sidera.

Philippus ager
bibit oleum
VValpurgis.

siderabili hauſtu phialam plenam ebibi-
 mus, orantes in hæc verba. *B. VValpurgis* Precatio Phi-
Virgo, ob reuerentiam B. VVillibaldi fratris lippi.
tui dilectiſſimi, cuius ſucceſſor indignus ſum
ego Philippus peccator; interpella pro me ad
Dominum, pro condonatione peccatorum,
meorum, & ut reſpirem à grauamine huius
egritudinis, ad laudem Dei omnipotentis, &
intemeratæ matris eius Virginis Mariae. Ut
 quid plura? eadem die * creticauiſus; & * creticauiſus
 breui poſt in tempore, ſanitati omnimodè Recuperat ſa-
 reſtituti ſumus. nitatem.

Hoc quoque ſciendum, quod hora ce-
 lebrationis Miſſarum, cùm Sacramentum
 corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti in altari
 conficitur, in quo recondita eſt, frequen-
 tius, nec non vberius oleum de ſacro cor-
 pore eius diſtillat; vnde hæc hora pro rece- Memorabilia
 ptione eiufdem olei diligentiffimè obſer- de oleo S. VVal-
 uatur: & ſi phialæ, in quibus ſacrum oleum burgæ.
 recipiendum eſt, non directè & perpendi-
 culariter deſtillationi ſupponantur, guttæ
 eiufdem olei ſibi cohærent, dependentes
 ad modum botri, vel faui mellis, nequa-
 P 2 quam

quam in alium locum decidētes. Sed postquam negligentia corrigitur, & vasa, in quibus mundè sacrum oleum recipi debet, destillationi aptantur, eisdem sine omni cooperatione illabitur; per quod aperte mōstratur, vt in vasa munda recipi debeat, quia ab immundis locis vel vasis omnino se præferuat. Et sæpe compertum est, quod receptum etiam in vase mundo, si immundè vel irreuerenter teneatur, vel ad loca, vbi peccati illecebræ perpetrari consueuerunt, deportetur, omnino euanescit; vel per orificium vasis nequaquam ad effectum sanationis egreditur.

CAPVT XXXIV.

De oleo, quod per annum steterat, rursus manante.

IX scriptis etiam collegimus, & certa relatione fide dignorum intelleximus, quòd ciuitas Eystettensis, vnà cum tota Diœcesi Ecclesiastico interdicto quodam tempore supposita fuerat, propter quasdam damnosas iniurias, quas Episcopus,

Tempore interdicti non fluxit oleum.

pus, qui tunc præerat, à Baronibus terræ & incolis sustinuit. Ex tunc liquor sacræ emanationis stillare cessauit, vsq; in diem, quo Ecclesia restituta esset indemnitati. Et idem Venerabilis Episcopus, cum vniuersitate ciuitatis indicto ieiunio, nudipes, & absq; lineis, ad monasterium B. VValpurgis ascendit, deuotè ac subnixè cum vniuersitate populi sui supplicans, ne effectum tantæ benignitatis, sicut est emanatio sacri liquoris, in amplius priuarentur. Et accedens ad altare dictus Pontifex Missarum solemniam, astante populo, deuotè peregit, & in confectio-
ne Sacramenti, & eiusdem perceptione, fa-
cratissimus liquor, qui infra spatium vnus
anni nequaquã destillauerat, nec vllò mo-
do se ostenderat, ad eò abundanter erupit, vt
ampullam dimidiæ *pinte*, capacitatis, vel
vnus * *serici* adimpleret. Quod Pontifex
videns cum plebe deuota, plusquam narra-
ri potest, gaudio repletus, immensas gratia-
rum actiones Deo ac B. VValpurgæ, pro
concessione tanti beneficij persoluit.

Notandum etiam, quod idem sacrum

*Eadem p. h. lip.
pus in vita
s. Walpurgis
na prouol a
firm.*

*Manat denno,
sublato iur-
dicto.*

** Alter M. s.
seriti: foris;
seria seria,
qua ollam &
gnificat.*

oream, d. al, impyora

*Obserua lector
mirum quid-
dam.*

oleum tantæ munditiæ ac meracitatis exi-
flit, vt sine omni corruptione, & foeda ma-
culationis feculentia per ducentos annos
seruatum, consimilis puritatis inuenitur,
cum illo, quod hodierna die de stillicidio
eiusdem sacrae emanationis susceptum est.

CAPVT XXXV.

*Ratio de oleo stillante, de quorundam
Sanctorum membris.*

Nunc videamus, qui sibi vult per si-
gnificationem emanatio olei in beata
VValpurga, vel aliis sanctis, puta in B. Nico-
lao, vel B. Catharina, vel quibuscunq; san-
ctis concessum est, ex speciali prærogatiua
meritorum, & ostensione magnitudinis
præmiorum. Iuxta quod sciendum, quod
oleum cuiusque liquori infusum super-
natat: vnde misericordiam ex similitudine
designat: superexaltat enim misericordia
iudicium. Et item: Misericordia eius, super
omnia opera eius. Oleum nihilominus ma-
gnæ est lenitatis, & multæ utilitatis; nam
illuminat, pascit, & sanat. Sic pietas secun-
dum

Iacob. 2.

Psal. 144.

*Proprietates
olei.*

dum B. Apostolum, ad multa proficiendo ^{1. Tim. 4.}
 valet; habet enim promissionem vitæ, quæ
 nunc est, & vitæ futuræ. Hinc etiam est, quod
 oleum cordialem pietatem sua proprietate
 exprimit. Et ideo de Sanctorum corpori-
 bus sacri olei emanatio plenitudinem exu-
 berantis misericordiæ, ac redundantiam
 viscerosæ pietatis, ac lenitiuæ mititatis præ-
 tendendo figurat. Fuerunt namque hi san- ^{Cur ex quorū-}
 cti, qui habent scaturiginem emanationis ^{dam Sancto-}
 sacri olei, misericordissimi ac piissimi in vi- ^{rum corpori-}
 ta: & ideo misericordiam consecuti per si- ^{bis oleum stil-}
 gna misericordiæ & pietatis hominib⁹ post ^{let.}
 mortem laudabiliter innotescunt. Sic bea-
 ta Valpurgis Virgo, tanquam oliua in do-
 mo Domini fructuosa, & quasi oliua in ^{Psal. 51.}
 campis Ecclesiæ speciosa, per oleum effu- ^{Eccles. 24.}
 sum dilatauit nomen suum. Riuulo enim ^{Cant. 1.}
 suæ sacre emanationis, notitia sanctitatis
 eius deriuata est in fines terræ, oleo miseri-
 cordiæ & pietatis illuminans cæcos, spiri-
 tualiter & corporaliter pascens esurientes,
 in bonis pro affectu sancti desiderij, ac cor-
 pore sauciatos sanans, contritis corde me- ^{Psal. 146.}
 detur.

Hæc

Hæc quæ de B. VValpurgis translatione ac sacri olei emanatione dicta sunt, licet post mortem B. VVillibaldi facta inueniantur; tamen per anticipationem eadem enarrauimus, vt per omnia exoccupati, ad ea, quæ de B. VVillibaldo fideliter referenda sunt, liberius occurramus.

CAPVT XXXVI.

De uniformitate spiritus B. VVillibaldi cum Domino post transitum fratris sui, & sororis.

NGitur postquam B. VVillibaldus vnicum ac pauperem, nec non minus egenum, id est, extra genus suum, positum se conspexit; & postquam nec habens patrem nec matrem in terris, nec fratrem nec sororem, extra solum natalis patriæ absque omni solatio cognationis consistere se agnouit; totus in Deum pergens vnus spiritus conformitate voluntatis fit cum illo, die ac nocte ipsi per amorem suauiter in hærens, contemplatiua vita loco deliciarū paradisi fruebatur, & deificis immiſſionibus

bus sibi illapsis purgabatur ad puritatem, illuminabatur ad veritatem, perficiebatur ad virtutem, vt hierarchicis actibus consummatus commissum sibi populum spiritali purgatione purgaret, & purgando illuminaret, ac illuminandp perficeret. Et tanquam secundus Moyses, quicquid in monte cum Domino contemplatiuè prædulciter hauserat, fideliter gregi sibi cōmisso, pro opportunitate temporis & congruitate loci, erogabat. Et quam doctrinalis in verbo vitæ, & exemplaris in opere iustitiæ fuerit, audiamus.

Exod. 19.

Erat namque in eleemosynis largus, in vigiliis sedulus, in oratione deuotus, in charitate perfectus, in humanitate profusus, in doctrina præcipuus, in sermone paratus, in conuersatione sanctissimus, sinceritatem mentis vultus sui serenitate monstrabat, & pietatem clementissimi cordis ostendebat in lenitate sermonis: quicquid ad salutem pertinere posset æternam, non minus implebat beatissimus opere, quam sermonis prædicatione docebat. O virum per omnia

Dotes S. VVILLIBALDI.

Q

Deo

Deo dignum! eminebat enim in ipso vultu animi pulchritudo, in specie exterioris hominis, vt ipsam putares expressam imaginem sanctitatis. Erat irreuerentibus terribilis aspectu, reuerendus in cessu, metuentus seueritate, venerandus benignitate. Censuram autoritatis in eo temperabat mansuetudo humilitatis. & quando delinquentibus minabatur frontis autoritas, eisdem blandiebatur cordis serenitas. Erga bene agentes Petrus apparebat in vultu; erga delinquentes Paulus in spiritu, ac sic conueniente in ipso diuersitate gratiarum, illius (videlicet beati Petri) pietatis, istius (scilicet B. Pauli) districtiois, in tantum, vt presentiam eius quisquam vix sustineret; absentiam vero nequaquam diu ferre posset.

Internorum autem bonorum suorum formas ac species nemo sufficit explicare. Nam sicut ipse studuit ad Dei laudem, proprium meritum, ac populi vtilitatem illas iugiter excolere; ita & sollerter laborauit easdem occultare: & cum hæc vellet augeri, nolebat agnosci. Sed quia hæc est natura diui-

diuinæ iustitiæ, vt quanto studiosius quis ab humanis fauoribus abscondi desiderat, tanto clarius innotescat: & ipsa occultatio in populo virtute iustitiæ, qua soli Deo placere cupit, prædicatio efficitur. Eminebat in admiratione omnium veluti ciuitas super verticem montis posita; nec iam lucerna poterat latere sub modio, sed super candelabrum posita lucebat omnibus, qui in ^{Matth. 5.} domo Dei erant, aperiens latentes in se diuitias cælestium charismatum; & de armario suauiter olentium virtutum aromata sanctificationis & gratiarum suarum super omnem Ecclesiam effudit.

Neglector etiam extitit suæ quietis, refuga propriæ voluntatis, appetitor laboris, patiens abiectiois, impatiens honoris, pauper in pecunia, diues in conscientia, humilis ad merita, superbus ad vitia. Et sic in se excoluit diuersas gratiarum virtutes, vt vix pauci tenerent singulas, quomodo ille impleuit vniuersas. semper in operis exercitio, semper in deuotionis affectu. nulla sibi ex omnibus propensior cura, quam vt de Deo

in lectione atque sermone, aut cum Deo in oratione loqueretur: qui maceratum corpus continuis ieiuniis habens studebat de persecutore humani generis inimico, longo triumphare martyrio; vt de ipso dici possit illud preclari Doctoris Ambrosij verbum: Plus currit in certamine Confessor iste sustinens, quam martyri etum sufferens, mucrone fundens sanguinem.

Pro cibo & potu hoc secum incessanter ruminabat: Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die ac nocte. Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Defecit in salutari tuo anima mea. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Et consolando se dicebat. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor tibi, salutare vultus mei, & Deus meus. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Nam quia speciem conditoris fui,

Psal. 41.

Psal. 83.

Psal. 83.

Psal. 81.

*Flagrat san-
ctus Villibal-
dus desiderio
caelestis pa-
triae.*

Psal. 41.

Psal. 16.

fui, ad quam anhelabat, nondum videbat, continuis gemitibus atque suspiriis, diurnis atque nocturnis lacrimis illum desiderans flendo se anima sua pascebat: & intus quidem doloris sui gemitum tolerabat, sed eo refectiois pabulum dulcius percipiebat, quo ipso vis amoris per lacrimas emanabat. præter vitam æternam nil esuriebat; præter iustitiam nil delectabiliter sitiebat: præsentia tanquam inania atque transitoria parvipendebat, in prece pauperis per- *Psal. 21.* amplius spem suam ponens.

Et verè felix terra quæ talem genuit, & de alumno nobis patronum, de homine angelum, hoc est sacerdotem magnū contulit; qui ideo gratiam Dei glorificatus invenit, quia mūdi gloriam ad intus Dei gratia non quæsiuit. Qui gubernaculum fidei viriliter tenens, anchoram spei tranquillam in statione composuit. Qui contra impetum diaboli scutum fidei ita infatigabiliter tenuit, vt ad victoriam perueniret. *Hebr. 5. Ephes. 6.* Habemus in eo medicum è coelo, cum quo sanctitas, imo ipse sanctitatis autor ciuitatem

Q 3 tem

tem nostram intrauit. Quantis cæcis à via veritatis errantibus, visum, quo Christus videretur, aperuit? quantorum auribus cælestium mandatorum pretiosum infuderat auditum? quantos intrinsecus vulneratos Euangelici oris arte & orationis virtute curauit? quantorum animas peccatis in corpore iam defunctas ad emédationem tanquam ad lucem reuocando suscitauit? Docerat filios suos quotidie, ne res alienas concupiscerent; sed proprias potius in elemosynam darent: Ne eis coniuges extraneæ pulchræ essent; ne peccati venenum per aspectum animam penetraret. De quorū ille cordibus quos iniquitas & impietas possidebat, fugauit luxuriam, propulsauit iram, destruxit inuidiam, reuocando illic fidem, castitatem, atque misericordiam? quantos vir ille Apostolicus poenitentiae medicamentis à peccatorum morte resuscitauit, * *cunctas* custos animarum cupiditates rescacauit, iras repressit, malitias extirpauit? Et eisdem magis vir ille temporibus necessarius fuerat, quibus tanta iniquitas suis de-

meri-

meritis, deficiente iustitia, dominabatur. Et hic Præsul beatus, tanquam huic mundo crucifixus ac mortuus, cum Christo vitam absconditam habens in Deo, quicquid laboravit, de hac vita ad illam transtulit; & de sinistra semper transiit in dexteram, atque in cælo suos sudores reposuit.

Verum frequenter exstaticè mente transcendens, populo sibi commisso cum descendebat, tanquam sobrius fidelis & prudens seruus sciebat familiæ Christi in tempore offerre tritici mensuram, id est, pro captu audientium mensurare, & opportunè diuini verbi pabula ministrare. Cum etiam Confessor Dei ad solatia licita ac decentia suorum in Domino charorum aduenisset, in tanta grauitate vultum ac ceterorum membrorum gestus tenere consueuerat, vt nunquam contemptibili lætitia resolveretur; sed quotiescunque hilarem se præsentibus exhibuit, certa semper hoc causa utilitatis eorum fecit, & religiosa grauitate discretus in omnibus non vanitatis iactantia vel dissolutione agebat; sed vt Dei sibi col-

lata

Psal. 67.

lata gratia ostenderetur, & ad eius amorē & fidem, qui mirabilis in sanctis suis Deus sanctos suos misericorditer mirificare dignatur, attraheret, & illorum corda seruituti omnipotentis Dei blandius alliceret.

CAPVT XXXVII.

*De obitu sancti VVilibaldi quem
præsciuit.*

*Psal. 41.
Psal. 16.*

*Dies obitus di-
nitus reue-
latur B. VVilli-
baldo.
Psal. 126.*

Ost præmissas autem & alias multas virtutes, quas Deus per hūc sanctum suum operari dignatus est, gemitus & suspiria illius exaudiens, quibus dicebat: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? & nunquam fatiabor, nisi cum manifestabitur gloria tua; reuelauit ei Dominus consolans illum, imminere diem obitus sui. De qua nimirum ostensione gauisus est, & ad hereditatem illam toto pectore anhelabat, de qua Propheta dicit: Cū dederit electis suis somnum, hæc est hereditas Domini. Quia electi postquā peruenerunt ad mortem, tunc inuenient in uiuentium terra hereditatem. Et non post longum interiecti-
tem-

temporis spatium, sciens adesse diem obitus sui, per Missarum celebrationem & sacramentæ communionis largitatem, valefaciens, & dans pacem filiis suis, postquam per triginta sex annos episcopus pauerat, ac in pontificali officio religiosissimè tanquam fidelis seruus & prudens Domino ministrauerat, septuagesimo septimo ætatis suæ anno, certaminis cursu consummato, fide seruata, cum multiplici bonorum operum fructu, & animarum lucro, felici transitu migravit ad coronam iustitiæ sibi repositam: terræ corpus reddidit, accipiens stolam primam, animæ scilicet beatitudinē sempiternam, donec in resurrectione alterā accipiat stolam; beatam videlicet vna cum anima resumpti, & glorificandi corporis immortalitatem. Et de illius ætatis eiusq; similibus prolixitate canit Psalmista: Et multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patientes erunt vt annuntient. Quia dum eorum vita differtur, semper in melius fortitudo eorum producitur, eisq; per augmenta temporum crescunt etiam lucra meritorum.

Accipit Sacramentū Eucharistiæ.

36. annis Episcopus fuit.
Matth. 24.

Vixit annos 77.
2 Timoth. 4.

Luc. 15.

Psal. 92.

R

Bene

Bene autem patientes sunt, ut annuntient;
quia coelestia prædicantes, robustius ad-
uersa tolerant, quanto & per tolerantiam,
animarum suarum commoda locupletius
inde reportant.

Sic igitur B. VVillibaldus triumphator
in gentibus, egregius Confessor officio,
Martyr studio, inuictus in certamine, pal-
mam quærēs sanguine, Beatus athleta Dei,
quem si gladius persequentium nō tetigit,
tamen palmam martyrij nō amisit. Quem
quia diu contigit in corpore viuere, necesse
fuit, ut & longiora certaminis & diaboli, ac
prauorum hominum tentamenta tolera-
ret. Quia enim adiuuante se Domino vir-
tutem patientiæ fortiter seruare contendit,
etsi in pace Ecclesiæ vixerit, tamen marty-
rij dignitatem multi labore temporis sibi
comparauit. Sicque moribus & vita, verbo
& exemplo viam salutis humanæ omni-
bus audientibus & videntibus patenter o-
stendit; & consummato feliciter cursu ad
confortium sanctorū Apostolorum, Mar-
tyrum & Confessorum, atque Virginum
Domi-

Domini pretiosus Confessor post mortem corporis gloriosè peruenit, Anno ab Incarnatione Domini septingentesimo octogesimo primo, nonis Iulij, & sepultus corporaliter VII. Idus Iulij; fuit autem reuerenter tumulatus in crypta, quæ subter chorum beatæ Virginis in Eystettenfi Ecclesia habetur.

Mortuus anno
DCC.LXXXI.

CAPVT XXXVIII.

De Canonizatione S. Willibaldi, & de eius translatione quadrifaria.

Rocessu temporis, ipso canonizato, auctoritate Summi Pontificis Leonis VII. qui propter merita vitæ, & euidentiâ miraculorum, quam de ipso audierat, necnon diligentissimè examinauerat, & propter acclamationem populi totius patriæ ipsum Catalogo Sanctorum laudabiliter inseruerat, translatus est retro altare B. Viti, quod fuit in eadem crypta, anno Domini nongentesimo octogesimo nono. Post hæc ob honorè & reuerentiam ac sancti corporis manifestationem, venerabiliter ad medium Ecclesiæ est translatus. De-

Prima translatio S. Willibaldi sub Mengero Episcopo.

Secunda.

R 2 inde

XXXIX

*Translatio sub
Episcopo Hiltebrando.*

**vocatur chorum
S. VVillibaldi.*

*In margine
additur: Ad
presens sunt
quinque. qui
temporis suc-
cessu octo. Ca-
nonici chori
VVillibaldini
sunt Capellani
S. VVillibaldi
& Successorū.*

inde super chorum B. Virginis collocatus est; vbi quandoq; propter nimiam frequentiam populorum diuersarum linguarum ac nationum in summo altari ostendebatur; quandoque verò ante altare in Sarcophago recondebatur; interdum multitudine hominum ad limina beatissimi Confessoris aduentantium tota ciuitas attonita, cautissimè ac diligentissimè nec non minus reuerenter in armario prænominatæ Ecclesiæ custoditus seruabatur. Nouissimè verò Episcopus multa reuerentia dignus, nomine Hiltebrandus, qui tunc temporis Ecclesiæ præerat, ex magna deuotione, nec non rationabiliter decreuit, vt ei * Basilicam per se cōstrueret, in quo sanctissimum corpus honorabiliter sarcophagatum sine mutatione loci permaneret. Quod & ita compleuit, secundum quod structura hodierna die manifestat. Instituit etiam idem Episcopus, nec non alij successores eius inibi quatuor Capellanos Deo ac B. VVillibaldo perpetuo seruituros, qui & Capellani præcipuè B. VVillibaldi, omniumq; successorum

forum eius specialiter nuncupantur. Vbi miracula, ac miraculorum prodigia adeò innumerabiliter crebuerunt, quod pelagus eorundem transire posse nostræ facultatis non existit, sed chartulam quorundam miraculorum euidentissimè probatorum huic operi annectere curauimus, quæ conscripta in hæc verba.

Anno ab Incarnatione Domini millesimo, ducentesimo, quinquagesimo sexto, quarto Idus Iunij, Domini Alexandri Pontificatus anno secundo, Cùm reuerendus Pater Eystettensis Ecclesię Henricus Episcopus, maturo præhabito consilio, B. VVillibaldum, qui reconditus in crypta fuerat, collocare decreuisset honorificentius, vocatis Prælati vicinis, Reuerendo Patre Domino Sibotone quondam Augustensi Episcopo, & viris religiosissimis, Abbatibus, Prioribus tam Cisterciensis quam Cluniacensis Ordinum, suffultus duodecim Prædicatorum quàm Minorum Fratrum iuamine, cum maxima reuerentia sarcophagum referauit. Vbi nos, qui interfuimus, si

*Translatio sub
Henrico Epi-
scopo, quæ fuit
prior, quàm il-
la sub Hilde-
brando.*

*Philippus in-
ter fuit huic
translationi.*

fas est eloqui, fragrantiam sensimus Paradi-
si. Sublatis verò reliquiis Confessoris Beatif-
simi, & in nouo collocatis sarcophago, præ-
cedentibus Pontificibus, & aliis quàm plu-
ribus subsequenter, cum hymnis & can-
ticis in choro super altare Cathedralis Ec-
clesiæ easdem collocarunt. Vt autem com-
probaret Dominus, & B. VVillibaldus trās-
lationem huiusmodi sibi placitam, statim
cùm collocatus in altari fuerat, hæc mira-
cula sunt secuta.

Primum signum.

*Claudus en-
ratur.*

** Serm. Rru-
cten/ à cruce
quia crucis
forma cōstat.*

Primum signum ipso die translationis
circa horam sextam factum est in contra-
cto existente de familia chori maioris Præ-
positi Domini Alberti scilicet ianitore noto
& enutrito ab Eystettensibus à iuuentute.
Qui cum relatu didicisset reliquias S. VVal-
purgis ad Cathedralem Ecclesiam depor-
tari, sumptis * podiis more solito, firmiter
claudicando chorum ascendit, prorumpens
clamore valido in hæc verba. O glo-
riose Præsul Christi VVillibalde, da mihi

panem

* *panem nuntij*, soror tua aduenit, te benignè salutatura. Et appropians aræ intemeratæ Virginis Mariæ, qua locatum fuerat sacrosanctum corpus V Villibaldi, trina postulatione peracta, sanitatem omnimodam est adeptus: ita videlicet, quòd podiis & baculis abiectis cœpit iubilare, saltare, & magnificare nomen præsulis Christi V Villibaldi.

* Bottenbross.

II. Signū. Mulier vexata dæmone multis annis, liberata est, ita quòd dæmon visus est mitti in aëra in forma cornicis nigerri-
mæ.

Energumeno
liberatum.

III. Signum. Quædam Iudæa in partu laborabat plus quatuordecim diebus, & cum videret dolorem vitam velle finire, rogabat mulieres Christianas, quæ antea eidem familiares fuerant, vt ipsam e domo Iudaica efferrent. quod cum factum esset, illico inuocando nomen intemeratæ Virginis Marię partum edidit omni dolore semoto, ante partum tamen recepto sacro fonte baptismatis. Quem puerum cum ob verecundiam mater nō procurauerit baptizari, ipsa tan-

Mulier Iudai-
ca partus
difficultate
laborans salu-
tem anime &
corporis simul
reperit.

*Punitur à san-
cto VVillibaldo,
quod infantem
natum non ex-
rauerit bap-
tizi.*

*Pœnitentia du-
citur, & mox
sanatur.*

** Aquigrani.
Act.*

tanquam inops & mendica intendebat Iu-
dæo, à quo conceperat committere edu-
candum. Quæ cum eundem ad Monaste-
rium S. VVillibaldi die quadam deferret, ta-
cto beatissimi Confessoris VVillibaldi san-
ctuario, clarissimo lumine oculorum suo-
rum priuata, nec non ambabus manibus
est cōtracta. Ipsa verò, cum tanquam anxia
rogaret, se duci de choro ad Crucifixum,
quod est in sinistra parte chori adorandum;
eiusque menti incidere, hanc plagam sibi
illatam propter puerum non baptizatum,
& indignam tangi tam sacrosanctis Reli-
quiis Confessoris Christi VVillibaldi, sine
mora vouit Deo & B. VVillibaldo bap-
tizatum puero velle procurare, quæ cōtinuò
visum recepit, & manus eius contractæ sunt
solutæ, & baptizatus est puer in parochia
Eystettēsi, cuius patrini sunt Dñs Herman-
nus de Tanhausen Canonicus Eystetten-
sis, & Magister Hertuigus prouisor scholarium.

IV. Signum. Quædam domina cæca de
Vngaria venit Ratisponam, cuius intentio
fuit velle visitare limina S. Marię ** in Aquis,*
ducto-

ductore mediante, quæ cum audiret relatu
 S. VVillibaldum debere transportari, ma-
 nibus & vultu erectis in cœlum, suppliciter
 Deum flagitabat, vt per merita S. VVilli-
 baldi sui Confessoris visum mereretur re-
 cuperare. Quæ vix oratione completa cum
 visum recepisset, venit in Eystett magnifi-
 cando nomē Iesu Christi & S. VVillibaldi. *Cæca mulier
 visum recipit.*
 Deinde Aquisiter sine ductore arripuit non
 contenta gratia à S. VVillibaldo adepta.
 Cum igitur veniret quasi in medium ne-
 mus, quod vulgari nomine dicitur **Forst**/
 visus eidem est ablati. Quam cum solam
 contigerat aliquandiu vagari, tandem ve-
 nerunt mulierculæ properantes ad limina
 S. VVillibaldi. Quam cum audirent cum *Visum rursus
 amittit.*
 gemitu clamantem, adierunt interrogan-
 tes, vnde cæcitas euenisset eidem? at illa eis-
 dem per singula exponens, rogabat vt me-
 diante ipsarum ducatu, ciuitatem Eystet-
 tensem attingeret, quod etiam præstante
 Domino ad effectū peruenit. Eadem etiam
 flens largiter ducta est in quādam domum,
 de qua non poterat præ nimio dolore capi-
 tis

S tis

*Recuporatur
rursus.*

*Tertiò amittit
visum.*

Tertiò recipit.

*Contractus
natur tactu
Reliquiarum
S. VVillibaldi.*

tis egredi; inuocando nomen Confessoris Christi VVillibaldi secundò visum recepit. Et statim properans sine ductore ad Monasterium Cathedralis Ecclesiæ S. VVillibaldo perpetuam continentiam vouit. Deinde post breuis spatium temporis, cum tanquam iuuenula elegantis formæ, huic voto contrairer, & diceret se maritum velle ducere, visu tertiò est orbata. Post hæc autem purè confessionem faciens, & perpetuam Deo vouens continētiam cum contritione maxima, visum tertiò recepit.

V. Signum. Apud Egram dum ciues de vestibus B. VVillibaldi particulam secū domum deferrent, ob B. VVillibaldi reuerentiam, occurrente vtriusque sexus turba copiosa, cum processione prosternentes se deuotissime terræ, offerunt cuiusdam ditissimi filium, pedibus & manibus curuum, & contractū dicentes. O inclyte Præsul VVillibalde, ostende nobis fidelibus tuis in hoc paralytico tuam gratiā salutarē. Illico tactu sanctuarij adolescens pristina restitutus est fanitati. De hoc nobis fides facta fuit, eiusdē loci viginti ciuium iuramento. VI.

VI. Signum. Apud Augustam puer duorum annorum submersus, & flumen à ciuitate longè, quasi per dimidium milliare deuectus, defunctus reportatur. Coram ciuibus multis, circumstātibus mortuum prædictum, ad inuocationem egregij Confessoris VVillibaldi votum faciente matre, vt si vitam rehaberet, ipsum B. VVillibaldo ministrum perpetuum consignaret. Mox puer manus ad cœlum eleuans, vitæ est pristinæ restitutus. De quo fides facta fuit per

Reniuiscit puer mortuus ad opem S. VVillibaldi imploratam.

VII. Signum. Quidam constrictus ferreis circulis antearam se prosternens, beatum VVillibaldum suppliciter flagitabat, quod sibi præstaret certitudinem, & interfignum, si pro peccatis & delictis suis condignam in his circulis poenitentiam egerit. Qui continuò liberatur, circulis ferreis omnimodè contractis.

Circulus ferreus rumpitur inuocato sancto VVillibaldo.

VIII. Signum. Cùm peregrini volentes

S 2

post

post visitationem S. VVillibaldi, qui tam de Ratispona, quam de aliis ciuitatibus & villis confluerant, ad propria remeare, in *Ingolstadium.* Ingolstatt octoginta vtriusque sexus tam senum, quàm mulierum grauidarum, & puerorum, nauem intrauerunt. Qui cùm venissent in Vohburg, vbi transitus est petrosus & periculosus, nauæ nauem incautè regentes, passi sunt naufragium vniuersi peregrini. Gementes autem & nomē Confessoris Christi VVillibaldi deuotissimè inuocantes, visi sunt Danubio velut *anete **f. anates.* supernatare, quamuis plurimi ex illis artem natandi nunquam exercuerunt. Et pueri ac mulieres imprægnatæ illæsi ad portus exiure diuersos. Dux verò Bauariæ Ludvvicus, & ministeriales, ac alij hospites ante portam castri stantes, velocissimè, cùm viderunt præfatos naufragari, ad Danubium cucurrerunt, omnibus naues habentibus sub interminatione rerum, & personarum districtissimè præcipientes, vt naufragantibus subuenirent. At illi naufragi extentis manibus respondentes dixerunt, se nullius auxilio

Grande miraculum in Danubio ad Foburgum.

auxilio egere, nisi solius Confessoris S. VVillibaldi. Et ita omnes salui & incolumes euaserunt, B. VVillibaldo existente ductore.

IX. Signum. Quidam volentes visitare limina B. VVillibaldi, se conduxerunt in quodam ligno, quod dicitur * Sloze/trans- * Sloz/ratis. euntes venerunt in oppidum quod Káhn nūcupatur, vbi Lycus partem Danubij influit. Inibi ex impetu concurrentiū aquarū * remi. * remes sunt fracti, præ angustia corporis, quia Sloz fundum adiit, ortus est ingens clamor omnium in ligno confidētium; & vna omnes inuocantes nomen Confessoris Christi clamabant: O B. VVillibalde, trahenos ad portum salutis tuę gratia pietatis. Illico apparuit illis vir infulatus, tanquam *Inuocatur S. VVillibaldus in periculo naufragij.* Clericus, albis vestibus indutus, tenens vexillum album in dextera, & Crucis signum per medium rubei coloris; cum sinistra gubernabat lignum, omnibus vidētibus cum plenitudine gaudiorum; ita videlicet, vt sine difficultate pontem transirent, & omnes in eo consistentes ad portum salui *Apparet periclitantibus, & ex periculo eripit.* uenerunt.

S 3

X. Si-

X. Signum. Quidam Presbyter de Vlma priuatus auditu limina diuersorū Sancto- rum pro recuperatione auditus adiit. Cū nil proficeret, tandem commemorans gra- tiam, quam Dominus propter dilectionem S. VVillibaldi, omnibus ad se venientibus impertiretur; sub tali conditione, se limina aditurum prædicti Confessoris vouit, si sibi per interuentiōē eiusdē Confessoris audi- tus intra triduum restitueretur. Tertio die circa vesperascum staret orans, quam diem sibi pro termino statuerat, auditum recepit. Qui votum suum implens venit Eystet, & iuramento sibi hoc accidisse affirmabat. Præterea idem sacerdos tam debilem visum habebat, quod terras sine ductore transire non poterat, & liniens se cottidie vino, quo B. VVillibaldi ossa lota fuerant, sine ducto- re abscessit.

XI. Signum. Quidam puer in Rugesho- uē fuit submersus, amicis & cognatis ipsum deferentibus cum maximo eiulatu & cla- more ad chorū Cathedralis Ecclesie, ipsum aræ superposuerunt, S. VVillibaldi brachio circum-

*surdus audi-
tum recepit.*

circumlinientes, multis astātibus & videntibus magnalia Christi & sui Præsulis, est resuscitatus. Vnde versus: Puer aquis extinctus resuscitatur.

*Extant sanati per Præsulis acta Beati,
Sex homines chiragra, sex alij podagra.*

*Visum restituit VVillibaldus peregrinis
Uni cen quinis, vt sua spes voluit.*

*Signaq; sunt facta per iuramenta probata,
Plura licet varia præsuerint alia.*

*Et tot adhuc certè noua clā pfert & aperte;
Signa q; hæc verū nō capiunt numerum.*

Hæc sunt tredecies signa peracta dies.
Supradictis pauca ex innumeris adiicientes,
quæ tempore nostro peracta nouimus,
ad finem legendæ properemus.

Erat quædam mulier in ciuitate Eystetensi honestæ vitæ ac bonæ conuersationis, quæ vertiginem capitis patiebatur, & acutissimarum sagittarū, ac reuerberationum ietus intolerabiles ea vehemētia sentiebat, quod quasi omni hora videretur periculū excerebrationis vel dementationis ipsi imminere: & cum huiusmodi ietus reuerberationum ad oculos descendebant, lumine priua-

Mulier quædam à grauis-
sima vertigine
liberatur.

priua-

priuabatur, & sanguineæ guttæ de oculis eius stillabant. Hæc ad tumbam beatissimi Confessoris Christi VVillibaldi veniens, ac ipsam manu tangens salutifero contactu sperans curari caput suum, in virtute sacri contactus circumtangebatur frontem & oculos attrectando; quo factò in ipsa hora curata est.

Item nos ipsi more solito in studio lectionis existentes, quedam passio viscerum adeo vehemens & dolore plena nos subito apprehēdit, quod si continuata fuisset vsq; in vesperam, omnino, vt certissimè credimus, & experimento doloris didicimus, ab luce huius seculi migrassemus. Surgentes igitur cum magna attritione corporis, & multa contritione mentis, difficultate inenarrabili, ad chorum B. VVillibaldi peruenimus, & cupientes ascendere per paucos gradus, qui inibi in ascensu eiusdē chori habentur, non poteramus; sed ante ianuā stantes imaginem Virginis ac matris Dei ex opposito in fine chori locatam, quæ verso vultu ingredienti respicit, lamentabiliter aspexi-

aspeximus, orantes in hæc verba: Beata mater Dei, ob reuerentiam & honorẽ B. VVillibaldi Capellani tui, qui semper te singulariter honorando venerabatur, me indignum successorem suum curare digneris, præsertim cùm hæc passio in compositione sui operis ac Legendæ me inuasit. Et illico ipsa hora curati sumus, nullũ dolorem vel aliquod vestigiũ doloris ex ipso momento curationis sentientes. Hæc autem in verbo Domini dicimus, testimonio bonæ conscientia non mentientes.

Priusquam finem lecturæ imponamus, cuidam quæstioni respondere concupiscimus. Solent namq; pleriq; insultando querere. Cùm B. VVillibaldus à Deo innumeris præferatur miraculis, cur Ecclesiã suam ab iniustè eam turbantibus interdum permittat tribulari, & non ad lineam omnia vlciscatur, nihil impunitum derelinquens.

Ad quæ respondemus: Quod B. VVillibaldus exemplo Saluatoris nostri multa ad tempus dissimulat, vt se virtute patientiæ eminentem ostendat. Quædam verò ne-

T qua-

Philippus cõmentarij huius scriptor, à subito & periculoso morbo sanatur B. Virginis & S. VVillibaldi meritis.

Quæstio curioforum.

Penam in eos,
 quires & in
 ra s. VVillibal
 di turbant &
 innuadent.

quaquam dissimulat, vt se compatiētem
 Capellanis suis patefaciat. Hoc tamen exa-
 minatione multi temporis compertū est,
 & ipsi experti sumus, quod Barones, terrarū
 principes, vel cuiuscunque conditionis no-
 biles Ecclesiam Eystettensem in rebus vel
 personis, suæ salutis immemores, contra
 Deum & iustitiam venientes, ausu temera-
 rio molestātes, vel quoquo modo indebitē
 perturbantes, absque solatio liberorum de-
 functi inueniuntur. Sanè autem *absq; sola-
 tio liberorum* dicimus, qui vel omnino sine
 liberis moriūtur, vel si liberos habeant, nul-
 lam materiam, lætitiæ, vel honoris, sed ma-
 teriam tristitiæ & doloris in eis inueniunt.

Sic igitur opinantes nomen Eystettensis
 Ecclesiæ suis inuasionibus extinguere; se i-
 pso perimunt; & nomen quod posteritati
 suæ seruandum esset, ac celeberrimè con-
 tinuandum, miserabiliter amittunt; & in
 quibus Ecclesiam offendere conantur, mi-
 rabili dispensatione diuina, nimirum in-
 terdum exaltant. Nam Feuda, quæ nun-
 quam fideliter deseruierunt, vltione ingra-
 titu-

titudinis ac * peierationis cum sine posteri-^{* peiorationis}
tate liberorum moriuntur, ad præfatam Ec-
clesiam vtiliter, gloriosè, & Deo laudabili-
ter reuertuntur. Quid plura? *Benedictio, &*^{Apoc. 7.}
claritas, & sapientia, & gratiarum actio, ho-
nor, virtus, & fortitudo Deo nostro in secula
seculorum, Amen. Qui nobis talem præfecit^{Esaiæ 9.}
pacis principem, cui Sacerdotij nomē ma-^{Eccles. 45.}
net in æternum.

Ad sancti ac beatissimi Patris nostri, bea-
ti Præfulis VVillibaldi laudes addidisse ali-
quid, decerpisse est. Cùm siquidem virtu-
tum eius gratia non solum sermonibus sit
exponenda, sed operibus cōprobanda: hinc
ergo psalmi resonēt, concrepent Lektionen.
Hinc populorum turbæ lætētur, hinc pau-
peres Christi subleuentur. Surrexit enim Sa-
cerdos magnus in nobis, per quem Domi-
nus visitauit plebem suam, de quo famosa
lectione pariter & prædicatione dicere pos-
sumus. *Ecce Sacerdos magnus, qui in die-*^{Eccles. 49.}
bus suis placuit Deo, & inuentus est iustus.
Ecce per demonstrationis præsentiam. Ec-
ce per sanctitatis euidentiā. Sacerdos ma-
gnus,

gnus, non solum propter gratiarum exuberantiam, & virtutum magnificentiam; sed etiam Sacerdos magnus propter Pontificalis officij dignitatem. Hic in diebus suis placuit Deo, propter diuini amoris familiaritatem; & inuentus est iustus, propter finalis iustitiae aequitatem, quam semper gratiose tenuit in exercitio viae, quoad vsq; feliciter attingeret in patria reposita sibi coronam iustitiae: ad quam meritis B. VVillibaldi nos perducatur Iesus Christus, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto, viuit & regnat Deus in omnia secula seculorum, Amen.

*Explicit Legenda de vita S. VVillibaldi
Episcopi & Confessoris, quam de veteribus
schedulis collectam Dominus Philippus Ve-
nerabilis Eystettensis Episcopus reno-
uauit. Anno Domini M.*

CCC. IX.



IACOBI